

353. - « 2º. In gratiam supervenientis principis vel turbae peregrinorum die festo, quo alias Missam audire non possent, vel simili justa causa. — Ex qua, si non sit facta oblatio, posse incipere de novo, ut totum Sacrum audiant », [Cum Laymann, Azor, Navarro <sup>a)</sup>, Palao, Dicastillo etc., apud Salmant. <sup>1</sup>. Et idem posse fieri in adventu episcopi, cardinalis, aut processionis populi: doctores citati] etsi non teneantur, docent varii auctores res cum Sà <sup>b)</sup>, apud Bonacina <sup>2</sup>: qui bene monet, consuetudini locorum standum. Henriquez autem docet id tantum licere finita epistola vel evangelio. Tamburinius plane improbat.

354. - Quomodo Missa ab uno sacerdote interrupta, ab alio sit supplenda? Si deficiat sacerdos ante consecrationem, nihil per alium suppleri debet; ut Croix <sup>7</sup> cum S. Thoma, Aversa, Pasqualigo, contra alios. — Si vero deficiat post consecrationem, etiam unius tantum speciei <sup>a)</sup>, tunc supplere debet sacerdos jejunus, si adsit; alias, etiam non jejunus, cum urgeat majus praeceptum de integritate sacrificii. Ita Salmant. <sup>8</sup> cum aliis et Croix <sup>9</sup>. (Omnia haec habentur in rubrica Missalis <sup>10</sup>, ex can. Nihil, [caus.] 7, qu. 1). Et etiam sacerdos excommunicatus atque irregularis supplere debet, si alii desint, et ipse possit sine gravissimo incommode <sup>b)</sup>; ut ait Croix <sup>11</sup> cum Pasqualigo, contra Sotum <sup>c)</sup>, Sà <sup>c)</sup>, etc.

354. - « 4º. Si urgeat gravis necessitas, v. gr. morbus; vel proximi, ut si moriturus sit baptizandus vel absolvendus. Trullench, Diana <sup>a)</sup>. — In aliis tamen

Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 7, n. 2, i. f. - Azor, part. 1, lib. 10, cap. 32, qu. 3. - Palaus, tr. 22, punct. 11, n. 4. - Dicast., tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 4, dub. 3, n. 47; et dub. 13, n. 253 et 254. - <sup>1</sup> Tract. 5, cap. 4, n. 111. - <sup>2</sup> De Euch., qu. ult., punct. 7, § 5, num. 10. - Henríg., lib. 9, cap. 30, num. 3. - Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 7, § 8. - <sup>3</sup> Loc. cit., n. 105. - S. Thom., 3 P., qu. 83, art. 6, ad 2. - <sup>4</sup> Tr. 5, cap. 4, num. 105. - S. Thom., 3 P., qu. 83, art. 6, ad 2. - <sup>5</sup> Tr. 5, cap. 4, num. 105, i. f. - Coninck,

« sacramentis non ita necessariis, non det cet inter consecrationem et sumptionem interrupere: nisi moriturus esset in propinquio, nec opus esset vestes exuere, vel nisi Poenitentiae sacramentum ob phrenesim suscipere non possit. Laymann, Tamburinius <sup>5</sup>. — Revertens autem ad sacrificium sacerdos, si fuerit ante facta consecratio, incipiet ubi desierit; ut etsi facta non fuerit, et parva mora intercesserit (v. gr. minor quam unius horae); si autem longior, ordinetur ab initio <sup>b)</sup>. Tamburinius <sup>6</sup>.

355. - Quomodo Missa ab uno sacerdote interrupta, ab alio sit supplenda?

Si deficiat sacerdos ante consecrationem, nihil per alium suppleri debet; ut Croix <sup>7</sup> cum S. Thoma, Aversa, Pasqualigo, contra alios. — Si vero deficiat post consecrationem, etiam unius tantum speciei <sup>a)</sup>, tunc supplere debet sacerdos jejunus, si adsit; alias, etiam non jejunus, cum urgeat majus praeceptum de integritate sacrificii. Ita Salmant. <sup>8</sup> cum aliis et Croix <sup>9</sup>. (Omnia haec habentur in rubrica Missalis <sup>10</sup>, ex can. Nihil, [caus.] 7, qu. 1). Et etiam sacerdos excommunicatus atque irregularis supplere debet, si alii desint, et ipse possit sine gravissimo incommode <sup>b)</sup>; ut ait Croix <sup>11</sup> cum Pasqualigo, contra Sotum <sup>c)</sup>, Sà <sup>c)</sup>, etc.

qu. 83, n. 272. - Palaus, tr. 22, punct. 11, n. 4. - Trull., de Sacram., lib. 3, cap. 8, dub. 24, n. 22. - Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 7, n. 2. - <sup>5</sup> Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 7, § 7. - <sup>6</sup> Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 7, § 7, n. 6. - Lib. 6, part. 2, n. 547. - S. Thom., 3 P., qu. 83, art. 6, ad 1. - Aversa, qu. 11, sect. 16, v. f., v. Quare. - Pasqual., qu. 324. - Tr. 5, cap. 4, n. 107. - <sup>8</sup> Loc. cit., n. 547. - <sup>10</sup> De Defectib., x, 3. - <sup>11</sup> Lib. 6, part. 2, n. 549. - Pasqual., qu. 333.

Deficiente sacerdote intra Missam quando et quomodo perficienda.

attamen... appareat quanta cautela ipsi uti debeant, quum semper conscientia onerata maneat in legitimo hujusmodi extraordinariae facultatis exercitio. Nihilominus repete haec juvabit quod S. Congregatio, anno 1832 ad episcopum Nicopolitanum in Bulgaria rescripsit: clausulas in formulis adhibitas intelligentias haud esse in extremo rigore, habito prae oculis principio, Sedem Apostolicam dictam facultatem concedere in bonum spirituale fidelium, desiderio ut omnes praeceptum ecclesiasticum adimplere facile possint.

353. - <sup>a)</sup> Navarrus, a Salmant. ex Laymann citatus, hoc non habet in Man., cap. 25, num. 86.

<sup>b)</sup> Sà, quamvis non allegetur a Bonacina, scribit tamen, v. Missa, num. 21: « Coeptum

Sacrum potest ex causa omitti et ab initio repeti, nisi esset jam facta oblatio ».

354. - <sup>a)</sup> Diana, part. 5, tr. 3, resol. 70, citat Zambranum id assentem; quod ipse nec probat nec reprobatur.

<sup>b)</sup> Rectius: Tamburinius assignat ut momum magnam, si fuerit « plus quam una hora »; parvum vero, si « non plus quam una circiter hora » transierit.

355. - <sup>a)</sup> De consecratione unius tantum speciei nec Salmant. nec rubrica loquuntur, sed certe per se intelligitur.

<sup>b)</sup> Pasqualigo non loquitur de gravissimo incommode; in reliquis concordat.

<sup>c)</sup> Sotus nempe, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 6, v. Perplexior, negat sacerdotem concubinarii teneri ad perficiendum sacrificium, nisi quandoque sequeretur grave scandalum, maxime in periculo corruptionis specierum Sanguinis. - Sà, v. Missa, n. 38, negat excommunicatum, suspensum aut irregulariter teneri ad Sacrum perficiendum.

Si autem deficiat post sumptionem solius Corporis Christi, Bonacina putat calicem posse sumi in alia Missa. Sed communius contradicunt Croix <sup>1</sup>, Aversa, Pasqualigo et alii; et ajunt tunc ab alio calicem esse sumendum. — Dicit Tamburinius, querendum esse qui suppleat, post septem etiam horas. Sed probabili-

ter Gobat, cui adhaeret Pasqualigo apud Croix <sup>2</sup>, ait, non esse ultra querendum quam per unam circiter horam; alias non censetur unum sacrificium. — Si vero sacrificium posset suppleri ab eodem sacerdote, melius hoc esset quam suppleri ab alio, etiam si ille non esset jejonus. Croix <sup>3</sup> cum Gobat.

#### DUBIUM IV.

##### Quo loco celebrandum sit.

356. An et in quali necessitate liceat extra ecclesiam celebrare. Et an in mari. — 357. An et quando liceat celebrare in oratoriis ex dispensatione episcopi. Licet 1. In oratoriis benedictis. 2. In oratoriis communitatuum. 3. In oratoriis erectis in palatiis episcoporum. — 358. An episcopi possint celebrare in domibus privatis. — 359. An possint dispensare ut aliquando in illis celebretur. Not. 1. Privilegium non perit per mortem Papae vel episcopi. Not. 2. Quid, si privilegiatus mutet habitationem. Not. 3. Quibus diebus non liceat celebrare in oratoriis privatis. Et an regulares vel episcopi possint celebrare in domibus privatis, praeter Missam in induito concessam. — 360. An religiosi possint ex privilegio celebrare in quocumque altari portatili. — 361. An semper peccant mortaliter celebrantes in ecclesia violata. Et an aliquam poenam incurvant. — 362. An polluantur oratoria non benedicta. Et an sacristiae, cryptae, etc. — 363. A quibus ecclesia debet reconciliari. — 364. Quomodo crimen, per quod polluitur ecclesia vel coemeterium, oporteat esse notorium. Quando ecclesia polluitur per homicidium. An ecclesia violetur, si vulnus intra eam infligatur, et mors (sive effusio sanguinis) sequatur extra. — 365. Quando ecclesia polluitur per effusionem sanguinis vel seminis. — 366. Quando, per sepulturam excommunicati, infidelis vel haereticus. — 367. Quando, per destructionem ecclesiae. — 368. Quomodo fiat exsecratio rei consecratae, nempe ecclesiae, altaris, calicis et vestium. Et vide de exsecratio ecclesiae. — 369. De exsecratio altaris; et 1. Si lapis removeatur. 2. Si frangatur. 3. Si spoliatur sepulcrum. Dub. 1. An reliquiae Sanctorum sint necessarie ad consecrationem altaris. Dub. 2. Quid, si frangatur sigillum, vel removetur sepulcrum. — 370. De exsecratio calicis. Dub. 1. An exsecetur calix, si destruatur inauratio. Dub. 2. An calix de novo inauratus, nova indigeat consecratione. Dub. 3. An liceat celebrare in calice nunquam inaurato. — 371. De exsecratio vestium.

Communiter non celebrandum nisi in ecclesia.

356. - « Resp. Communiter non licet celebrare, nisi in ecclesia, eaque consecrata vel saltem benedicta, et non violata vel exsecrata, nec interdicta. Patet ex Tridentino <sup>4</sup>.

« Dixi 1º. Communiter. Quia in decenti loco, et altari portatili (quod semper sub mortali requiritur) cum licentia epi-

Bonac., de Euch., qu. ult., punct. 10, n. 22. - <sup>1</sup> Lib. 6, part. 2, n. 548. - Aversa, qu. 11, sect. 16, v. f., v. Quare. - Pasqual., qu. 326. - Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 8, § 1, num. 7. - Gobat, tr. 3, num. 806. - Pasqual., qu. 328. - <sup>2</sup> Lib. 6, part. 2, n. 549. - <sup>3</sup> Loc. cit., n. 552. - Gobat, loc. cit. - <sup>4</sup> Sess. 22, de observand. etc. in celebrat.

cium, nisi quandoque sequeretur grave scandalum, maxime in periculo corruptionis specierum Sanguinis. — Sà, v. Missa, n. 38, negat excommunicatum, suspensum aut irregulariter teneri ad Sacrum perficiendum.

356. - <sup>a)</sup> Lugo a Salmant. ex Leandro citatus, id non habet, disp. 20, n. 48; et idem notandum est de Sanchez, de Matr., lib. 9, disp. 15, n. 24 et 36, qui a Salmant. ex Palao allegatur.

Excipitur  
1<sup>o</sup> Necessitas.

« PRIMO. Si sit *Necessitas*, qualis esse censetur:

« 1<sup>o</sup>. Si ecclesiae dirutae sint ». [Et alias populus careret Missa. — Et sic conceditur <sup>b)</sup> in can. *Concedimus, de cons., dist. 1.* Salmant. <sup>1)</sup>].

« 2<sup>o</sup>. Si populum in solemini festo tem « plum non capit ». — [Lugo <sup>2)</sup>, Benedictus XIV <sup>3)</sup>; Salmant. <sup>3)</sup> cum Palao, Laymann, Vasquez, Dicastillo, Coninck, Suarez].

« 3<sup>o</sup>. In castris pro exercitu; sed festis tantum diebus. Fagundez <sup>4)</sup>, card. de Lugo, etc. Licet Pasqualigo apud Diana <sup>4)</sup>, etiam non festis censeat posse permitti generalibus et primariis ducibus in suis tentoriis ». [In his tamen et similibus casibus impetranda est semper ac potest licentia Ordinarii; ut Lugo <sup>5)</sup>; et Salmant. <sup>6)</sup> cum Palao <sup>6)</sup>, Laymann <sup>6)</sup> et Vasquez <sup>6)</sup>].

« 4<sup>o</sup>. In portu pro appulso navis ». [Ne navigantes, qui navem deserere nequeunt, Missa in die festo preventur. Palaus, Laymann <sup>7)</sup>, Lugo, Dicastillus, cum Salmant. <sup>7)</sup>. — Et quamvis in can. *Sicut, de consecr., dist. 1*, dicat Pontifex non licere extra

<sup>1)</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 52. — <sup>2)</sup> Disp. 20, n. 48. — <sup>3)</sup> Loc. cit., n. 58. — <sup>4)</sup> Palaus, tr. 22, punct. 8, n. 4. — <sup>5)</sup> Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 5, n. 3. — <sup>6)</sup> Vasq., disp. 233, cap. 1, n. 4. — <sup>7)</sup> Dicast., tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 4, dub. 6, n. 88. — <sup>8)</sup> Coninck, qu. 83, num. 224. — <sup>9)</sup> Sua., disp. 81, sect. 3, v. *Tertia exceptio*, v. f. — <sup>10)</sup> Lugo, de Euch., disp. 20, n. 48. — <sup>11)</sup> Pasqual., Decis. mor. 167, n. 4. — <sup>12)</sup> Part. 9, tr. 1, resol. 44. — <sup>13)</sup> Loc. cit. — <sup>14)</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 54. — <sup>15)</sup> Palaus, tr. 22, punct. 8, n. 4. — <sup>16)</sup> Lugo, disp. 20, num. 48. — <sup>17)</sup> Dicast., tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 4, dub. 6, n. 88. — <sup>18)</sup> Loc. cit., n. 55. —

ecclesiam celebrare, nisi summa coegerit necessitas; attamen respondent Salmant. <sup>8)</sup> cum Vasquez, Coninck, Palao et aliis, minorem necessitatem sufficere ex consuetudine jam recepta, ut est in praedictis casibus. Quibus addunt Lugo <sup>9)</sup>; et Salmant. <sup>10)</sup> cum Palao, Laymann, Suarez et Sà, Coninck, etc., casum, si quis per loca deserta peregrinans diu cogatur Missa carere, nisi extra ecclesiam celebret].

Non tamen in flumine vel mari, propter periculum effusionis Sanguinis; ut communiter docetur apud Bonacina <sup>11)</sup>. Contrarium tamen dicitur jam habere praxis Lusitanorum euntium in Indiam, ex permissione Clementis VIII et Pauli V: ex qua licite nunc fieri docet Fagundez, Granado; nec improbat card. de Lugo <sup>11)</sup>. — Limitat autem Diana <sup>12)</sup> cum Hurtado <sup>12)</sup>, Mercero <sup>12)</sup>, Trullench <sup>12)</sup>, etc., si magna sit tranquillitas sine ullo tempore statis indicio, adsitque praeter celebrantem sacerdos alius, qui post consecrationem firmiter teneat calicem. Cum qua cautione, etiam episcopum posse ad hoc concedere facultatem in necessitate (v. gr. ne magna multitudo non audiat

In mari,  
quando et  
quomodo  
celebrari  
possit.

Vasq., disp. 233, cap. 1, n. 4. — Coninck, qu. 83, n. 224. — Palaus, tr. 22, punct. 8, n. 4, i. f. — <sup>11)</sup> Disp. 20, n. 48. — <sup>12)</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 51. — Palaus, loc. cit., n. 4. — Laym., lib. 5, cap. 5, num. 3. — Sua., disp. 81, sect. 3, v. *Tertia exceptio*, v. f. — <sup>13)</sup> Sà, v. Missa, n. 20. — Coninck, qu. 83, n. 224. — Fagund., de 1<sup>o</sup> p. Eccl., lib. 3, cap. 10, num. 15. — Jacob. de Granado, in 3 P., controv. 6, de Euch., tr. 14, disp. 13, num. 2 et seqq. — <sup>14)</sup> Disp. 20, n. 80 et seqq. — <sup>15)</sup> Part. 5, tr. 3, resol. 40; cfr. part. 9, tr. 1, resol. 45, v. *Sextus casus*.

b) Canon *Concedimus*, revera concedit posse celebrari extra ecclesiam, si haec diruta sit; non vero addit hanc alteram conditionem: Et alias populus Missa careret.

c) Benedictus XIV, de *Sacrif. Miss.*, lib. 3, cap. 6, n. 7, exemplum istud tacitus omittit.

d) Fagundez, de 1<sup>o</sup> p. Eccl., lib. 3, cap. 13, n. 14, id utique concedit, non tamen ad dies festos restringit.

e) Palaus et Vasquez hic a Salmant. non citantur. — Et sane Palaus, punct. 8, n. 5, silet de hoc. — Vasquez autem, disp. 233, cap. 1, n. 5, negat requiri episcopi dispensationem. — Laymann denique, quamvis a Salmant. non citetur, tamen, loc. cit., cap. 5, n. 3, v. f., ait « decens esse ab episcopo licentiam petere, si praesens sit », uti recte notat inferius S. Alphonsus, n. 359.

f) Laymann, loc. cit., de hoc silet, quam-

vis a Palaus (a quo Salmant. allegationem mutuata sunt) citetur.

g) Rectius: Bonacina, de Euch., qu. ult., punct. 9, n. 12, negat posse in mari celebrari, ubi periculum imminent effusionis Sanguinis ». Si vero periculum non adsit, Bonacina adducit aliquos concedentes celebrari posse; sed « contrarium, inquit, videtur sustinendum, nisi aliter consuetudine vel privilegio concessum sit », et citat aliquot auctores.

h) Gaspar Hurtadus et Trullench a Diana citantur pro sententia, quae docet licitum esse in mari celebrare, non vero pro allatis limitationibus. — Et profecto Hurtadus, de *Sacrif. Miss.*, disp. 4, diff. 6; Trullench, de *Sacrif. Miss.*, lib. 3, cap. 8, dub. 14, n. 3, dicunt licere cessante periculo effusionis. — Eosque videatur sequi Mercerus, ut ait Diana, dum qu. 83, art. 3, propos. 1, v. *Secunda*, negat licere ob

« Sacrum, vel moribundus decedat sine viatico) docet Granado apud Diana <sup>1</sup>: « contra Coninck et Turrianum <sup>2)</sup>, [Immo approbat Lugo <sup>3)</sup>] « qui soli Papae eam reservatam volunt. Vide etiam Diana <sup>3</sup>, « ubi adducit declarationem Cardinalium, « qua jubentur episcopi id prohibere ».

Et de hoc non videtur dubitandum (ut mox dicemus num. seq.) ex Tridentino, ubi omnino vetitum est episcopis concedere usum altaris portatilis, et licentiam celebrandi extra ecclesiam. Caeterum certum est cum facultate obtenta a Pontifice licere celebrare in mari; non solum ob concessionem Clementis VIII et Pauli V (ut supra); sed etiam ob indultum Clemencis XI, ut referunt Benedictus XIV <sup>4</sup> et [Contin.] Tournely <sup>5</sup>, quo concessum fuit equitibus Hierosolymitanis anno 1706 celebrare in mari; hac tamen lege, 1<sup>o</sup>. ut adsit longa distantia a littore; 2<sup>o</sup>. ut mare sit tranquillum; 3<sup>o</sup>. ut assistat alius sacerdos vel diaconus, qui si quis concitetur motus, calicem firmum teneat.

357. — « SECUNDO. Ex dispensatione episcoporum, ob rationabilem causam; etsi in Tridentino <sup>6</sup> id permettere prohibetur, nisi ex justa causa, in oratoriis privatis divino cultui destinatis, licet non beneficiis. Verum etiam hanc potestatem illis nunc esse ademptam, docet Gavantus <sup>7</sup> et Diana <sup>8</sup>. — Eo tamen non obstante, posse eos in aliquo casu particulari ex justa causa permettere ut celebretur extra ecclesiam in altari portatili, docet idem Diana <sup>9</sup> ex Marchino, Garcia, Hurtado, card. de Lugo, Aversa, Persico, etc. ».

Gran., de Euch., tr. 14, disp. 13, n. 6. — <sup>1)</sup> Part. 5, tr. 3, resol. 40, v. *Nota tamen*. — Coninck, qu. 83, num. 226. — <sup>2)</sup> Disp. 20, n. 86. — <sup>3)</sup> Part. 9, tr. 1, resol. 45. — <sup>4)</sup> De Sacrif. Miss., lib. 3, cap. 6, n. 11, (al., sez. 2, cap. 1, § 2, v. f.). — <sup>5)</sup> De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 6, qu. 1. Habetur etiam in Bullar. Rom. Mainardi, Indulg. *Exponi nobis*, diei 22 Mart. 1706. — <sup>6)</sup> Sess. 22, de observand. etc., in celeb. Miss. — <sup>7)</sup> Part. 1, tit. 20, lit. m. — <sup>8)</sup> Part. 9, tr. 1, resol. 42, v. *Nota tamen*. — <sup>9)</sup> Loc. cit., resol. 48. — *Marchin.*, tr. 3, part. 3, cap. 9, n. 11. — *Hieron. Garcia*, Suma moral, tr. 3, diff. 8, dud. 2, punt. 2, num. 18. — *Gasp. Hurtad.*

periculum effusionis, addens: « Quodsi absit, docent licere Sà et Graffius ».

<sup>1)</sup> Turrianus, *Sum.*, part. 2, cap. 70, dub. 1, concl. 4, dicit Papam posse hanc licentiam concedere, quasi innuat praelatum Papa inferiorem non posse.

Quaeritur: in quibus oratoriis episcopi possint dare licentiam celebrandi?

Olim episcopi poterant hanc licentiam ubique impetriri, ex can. *Missarum 12*, de *consecr.*, dist. 1, ubi habetur: *Missarum solemnia non ubique, sed in locis ab episcopo consecratis, vel ubi ipse permiserit, celebranda esse censemus*. — Verum haec facultas adempta fuit episcopis circa domos privatas, ex Tridentino <sup>10)</sup>, ubi sic dictum fuit: *Ne... patientur privatis in dominibus, atque omnino extra ecclesiam, et ad divinum tantum cultum dedicata oratoria, ab eiusdem Ordinariis designanda et visitanda, sanctum hoc sacrificium a saecularibus aut regularibus quibuscumque peragi*.

Hoc igitur decreto non fuit vetitum episcopis dare licentiam celebrandi 1<sup>o</sup>. in oratorio benedicto et designato ad usus sacros, in quo est janua habens ingressum per viam publicam, etsi sit janua privata affixa domui alicujus saecularis: illud enim non dicitur privatum, sed publicum oratorium <sup>11)</sup>; ut recte dicunt Viva <sup>11)</sup>; et Croix <sup>12)</sup> cum Aversa, Quarti, Naldo <sup>12)</sup>, Homobono et Diana. Qui additum cum Pasqualigo, posse in tali oratorio nihilominus celebrari januis clausis: non enim praecipitur ut publice celebretur, sed ut in publico oratorio. — Advertit etiam Croix <sup>13)</sup> non esse opus quatuor muris qui oratorium separant ab aliis locis; sed posse pro quarto muro aptari telam, quae aperiatur ad commoditatem audientium Missam. Quapropter qui ibi pranderet, vel in alios usus profanos adhiberet per

Non circa oratoria publica.

Olim episcopi conce-debant facul-tatem celeb-randi ubique.

Adempta facultas circa domos privatas.

modum habitus, peccaret mortaliter, quia oratorium illud est vera ecclesia; venia liter tamen, si aliquando et sine necessitate, ut dicunt DD. apud Bonacina<sup>c)</sup> et Suarez<sup>c)</sup>.

Neque 2º in oratoriis erectis in domibus regularium vel alterius communia tis; ut recte ait Tamburinius<sup>1</sup> cum Lezana. — Hinc bene potest episcopus dare licentiam celebrandi in oratoriis hospitium, seminariorum et conservatoriorum, ut praxis habet: hae enim domus non dicuntur privatae. Et idem ait Croix<sup>2</sup> cum Quarti et Diana, de capellis erectis in publicis carceribus: dicit enim Illsung<sup>d)</sup> apud Croix<sup>a)</sup>, prohibitionem Tridentini respicere tantum oratoria privata laicorum vel clericorum saecularium. Hinc Fagnanus<sup>3</sup> refert, S. Congregationem plures declarasse hujusmodi oratoria carcerum, confraternitatum, hospitalium et communia non comprehendendi in prohitione concilii; quia haec sunt oratoria fixe ad divinum cultum dedicata. Et propterea in hujusmodi oratoriis quicunque audientes Missam satisfaciunt; et a quo cumque sacerdote possunt utique Missae celebrari, ac omni die etiam ex solemnibus; ex declaratione S. C. R. 3 Sept. 1661 (apud Merati<sup>b)</sup>), ubi sic dictum fuit: *Missae sacrificium peragi potest in publico oratorio extra aliquod oppidum constructo, de licentia episcopi in diebus solemnioribus anni..., dummodo habeat omnia requi-*

Nec circa  
oratoria re  
gularium  
aut alius  
communita  
tis.

sita ad ecclesiam vel.... ad publicum oratorium constituendum.

Neque 3º in oratoriis erectis in palatiis episcoporum; ut dicunt communiter Gavantus<sup>5</sup>, Merati<sup>6</sup>, Renzi<sup>7</sup> et Croix<sup>8</sup>. In talibus enim oratoriis omnes possunt celebrare, et praecerto Missae satisfacere; ut declaravit S. C. Concilii die 22 Sept. 1640 (apud Diana<sup>9</sup>). — Ratio, quia domus episcopi non censemur privata; cum ipsa gaudeat immunitate ecclesiastica, ex canone 36, caus. 17, qu. 4, ubi dicitur: *Id constituimus observandum, quod ecclesiastici canones decreverunt, et lex romana constituit, ut ab ecclesiae atris, vel domo episcopi reos abstrahere omnino non licet.* Unde docet Benedictus XIV<sup>e</sup> cum Brancatio<sup>f</sup> et Clericato<sup>e</sup>, hujusmodi oratoria episcoporum et cardinalium, quoad celebrationem Missarum, gaudere fere iisdem privilegiis quibus ecclesiae consecratae.

Et idem dicunt Viva<sup>10</sup>, Tamburinius<sup>11</sup> et Diana<sup>12</sup>, de domo rusticana quam haberet episcopus extra dioecesim, adhuc sine licentia Ordinarii, et adhuc absente ipso episcopo, ut dicit Viva: modo talis domus alteri non locetur. — Idque videtur admitti ab eadem declaratione S. Congregationis (apud Diana, ut supra) ubi dictum fuit, interessentes sacrificio Missae in privato episcopi sacello satisfacere praecerto ecclesiastico, tam in dioecesi quam extra<sup>f</sup>.

In his qui  
vis potest  
celebrare et  
satisfacere  
praecerto.

<sup>1</sup> Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 4, § 8, num. 2. — <sup>2</sup> Lesana, v. Altare, n. 18, et 24. — <sup>3</sup> Lib. 6, part. 2, n. 264. — <sup>4</sup> Quarti, part. 8, tit. 10, n. 1, sect. 3, dub. 3, diff. 3. — <sup>5</sup> Diana, part. 9, tr. 1, resol. 35. — <sup>6</sup> In cap. *In his 30*, de privilegiis, num. 23. — <sup>7</sup> Series decretor., num. 392. Cfr. etiam Decret. auth. S. R. C., num. 282. — <sup>8</sup> Part. 1, tit. 20, lit. m. —

<sup>9</sup> Part. 1, tit. 20, Nov. Observ., num. 3. — <sup>10</sup> De Euch., cap. 4, qu. 31, in fine. — <sup>11</sup> Lib. 8, part. 1, num. 626. — <sup>12</sup> Part. 6, tr. 8, resol. 40, v. Hinc. — <sup>13</sup> De Euch., qu. 5, art. 6, num. 5. — <sup>14</sup> Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 4, § 2, num. 12. — <sup>15</sup> Part. 6, tract. 8, resol. 40. — <sup>16</sup> Viva, loc. cit.

<sup>c)</sup> Licet ista fierent in ecclesia consecrata, negat Croix esse mortale, «uti habent doctores apud Bonacina et Suarez»; et revera id dicit Bonacina, de 1º praec. decal., disp. 3, qu. 6, n. 14, v. Quinto, cum Suarez, qui idem perspicue insinuat, de Relig., tr. 2, lib. 3, cap. 6, n. 7.

<sup>d)</sup> Croix, lib. 3, part. 1, n. 626; et apud illum, Illsung, tr. 5, n. 163, negant facultatem satisfaciendi praecerto dominico extendi ad oratoria privata laicorum et clericorum saecularium.

<sup>e)</sup> Benedictus XIV, de Sacrif. Miss., lib. 3, cap. 6, n. 6, (al. sez. 2, cap. 1, § 2, v. m.); itemque Clericatus, de Euch., decis. 8, n. 20,

conclusionem istam silentio praetermittunt, quae tamen per se fluit ex privilegiis assertis; sed revera dicunt omnes celebrare posse et praecerto Missae satisfacere. Quod pariter tenet Franciscus Brancatius in sua dissertazione *de Privilegiis quibus gaudent Cardinales in propriis cappellis*, hic tamen auctor rationem hanc addit, nimirum quod hujusmodi cappellae habentur «veluti parochialis ecclesiae loco», vel sunt «ad instar ecclesiae». Haec privilegia confirmata sunt decreto S. R. C. diei 23 Januarii 1899. *Decr. auth.*, n. 3906.

<sup>f)</sup> Et pariter ex decreto S. R. C., omnes episcopi, sive dioecesani sive titulares, in ora-

Neque a  
dempta fa  
cultas circa  
oratoria pa  
latii episco  
palis.

Episcopi  
possunt ce  
lebrare vel  
facere cele  
brari in do  
mibus ubi  
reperiun  
tur.

358. — Sed dubitatur 1º. *An episcopi possint celebrare, vel celebrari facere in domibus ubi reperiuntur, extra domum propriae habitationis?*

Respondetur affirmative, ex cap. ult., de priv., in 6º, ubi sic habetur: *Quoniam episcopi eorumque superiores se habent diversis ex causis a suis ecclesiis et dioecesibus absentare frequenter, nec semper possunt commode ad ecclesias accedere pro Missa celebranda vel audienda in ipsis (sine qua eos transire non decet, absque causa rationabili, ullam diem), praesenti constitutione indulgemus eidem, ut altare possint habere viaticum, et in eo celebrare ac facere celebrari ubicumque absque interdicti transgressione.* Et quamvis causa concessionis hic sit sola absentia episcopi a sua ecclesia; tamen adverbit recte Tamburinius<sup>1</sup>, concessionem esse universalem, sine limitatione distantiae in textu expressae. — Neque obstat decretum Clementis XI, editum die 15 Decembr. 1703 (relatum apud Croix<sup>2</sup>), ubi haec facultas episcopis ablata fuit, his verbis: *Episcopis et his majoribus praelatis, etiam cardinalatus dignitate fulgentibus, neque.... ullo modo licere extra domum propriae habitationis, in domibus laicis, etiam in propria dioecesi... erigere altare, ibique.... Missae sacrificium celebrare sive celebrari facere.* Nam ipsis talis facultas restituta fuit ab Innocentio XIII die 23 Maii 1723, in bulla *Apostolici ministerii*, ubi dictum fuit: *Hujusmodi prohibito (scilicet facta episcopis non celebrandi sive non faciendo celebrari) intelligenda non est de domibus etiam laicis, in quibus dicti episcopi forte occasione visitationis*

<sup>1</sup> Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 4, § 2, num. 9. — <sup>2</sup> Lib. 6, part. 2, num. 258. Habetur etiam in Bullar. Clem. XI, inter decreta S. C. Conc., n. 1. — *Innoc. XIII*, § 24. — <sup>3</sup> Series decretor. Summor. Pontif., num. 649. Cfr. etiam Bullar. Rom. Mainardi. — *Bened. XIII*, constit.

toris propriae habitationis aut super ara portatili, ubicumque degunt, Missam celebrare aliamque in sui commodum permettere valent; atque fideles omnes alterutram ex illis Missis audientes, quoties opus fuerit, Ecclesiae praecemptum implere possunt. *Decr. auth.*, n. 3906.

358. — <sup>a)</sup> Scilicet in constitutione, quae reperitur in appendice ad Acta synodi Romanae, sub n. 16.

*vel itineris hospitio excipiuntur: ut nec etiam quando episcopi in casibus a jure permisis, vel de speciali Sedi Apostolicae licentia, absentes a domo propriae ordinariae habitationis, moram idcirco faciunt in aliena domo per modum similis habitationis.* Ita apud Merati<sup>3</sup>. Haecque bulla confirmata fuit a Benedicto XIII die 23 Sept. 1724, in constitutione habita in synodo Romana<sup>a)</sup>.

Bene tamen advertit Tamburinius<sup>4</sup> ex Portello<sup>b)</sup>, quod, cum tale privilegium sit personale episcopi, non poterunt alii sacerdotes eo absente in talibus domibus privatis celebrare.

359. — Dubitatur 2º. *An episcopi possint aliquando dispensare ut celebretur in oratorio domus privatae?*

Jure ordinario non permititur, nec unquam permisum fuit sacerdotibus Missam celebrare, nisi in locis ab episcopo consecratis vel saltem benedictis; uti habetur ex can. (Felici Papae) *Sicut 11, dist. 1, de consecr.* Sed excipitur primo casus necessitatis, uti exprimitur in eodem textu. — Casus necessitatis sunt: 1º. Si ecclesia sit diruta, ut dicitur in can. *Concedimus 30, dist. 1, de cons.* 2º. Si quis sacerdos longam peragat peregrinationem per loca deserta vel infidelium, ut habetur in eod. can. *Concedimus*, 3º. Quando ecclesia non est capax populi, ita ut multi Missa carerent. 4º. Si exercitus inveniatur in castris, aut navigantium multitudine in littore maris. — Ita communiter DD. apud card. Petra<sup>5</sup> et apud Salmant.<sup>6</sup> Et in his casibus quilibet sacerdos celebrare potest extra ecclesiam in altari portatili. Advertit tamen Laymann<sup>7</sup> cum Suarez<sup>a)</sup>

<sup>4</sup> Loc. cit., § 2, n. 10. — <sup>5</sup> Comment. in constit. apost., tom. 4, const. 2, Urbani V, num. 21. — <sup>6</sup> Tract. 5, cap. 4, num. 51 et seqq. — <sup>7</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 5, num. 3, vers. finem.

<sup>b)</sup> Quin etiam Portellus, *Respons.*, part. 3, cas. 20, n. 6, negat sacerdotes alios, posse, absente episcopo, celebrare in oratorio palatii aut villa episcopal. Quae profecto sententia plane singularis videtur, neque est admittenda.

359. — <sup>a)</sup> Suarez, disp. 81, sect. 3, v. *Terria exceptio*, scribit: «Non esse praetermittendam episcopi facultatem, si commode fieri potest».

Jure ordi  
nario ne  
queunt con  
cedere cele  
brationem  
nisi in locis  
consecratis  
vel bened  
ictis.

Exceptio  
nes.

et Soto quod si episcopus sit praesens, decet ut ab ipso obtineatur licentia. — Item advertit Castropalaus<sup>1</sup> quod cum casus necessitatis dubius foret, episcopus bene dispensare valet; juxta dicta Lib. I, n. 192, utque dicemus Lib. VI, n. 902, v. *Ceterum probabilit̄er*.

Praeterea excipitur, cum episcopus in aliquo casu particulari, ob justam causam dispensat ut extra ecclesiam celebretur. — Nam episcopi, licet hodie facultate careant permittendi ad sui libitum, ut in privatis domibus Sacrum fiat, quam olim habebant; sicut apparebat ex can. *Missarum, dist. 1, de consecr.*, ubi permitti dicitur celebrare *in locis ab episcopo consecratis, vel ubi ipse permisit*. Et ex can. *Hic ergo, ubi: In... locis... in quibus episcopus proprius jussit*. Et melius expressum fuit in cap. *In his 30, de privil.*, ubi decrevit Honorius III, quod Fratres Minores et Praedicatorum, propter eorumdem privilegium apostolicum, celebrare poterant in altari portatili absque licentia episcopi loci; et rationem adduxit, quia alias inutile ipsis fuisse privilegium, cum absque illo jam celebrare valuerint extra ecclesiam, accedente Ordinarii permissione. *Cum autem (verba sunt Pontificis) nihil eis conferret memorata indulgentia, sine qua id praelatis annuentibus liceret*. Unde probe animadvertisit Pater Suarez<sup>2</sup> cum Silvestro, Soto et Navarro, episcopos non caruisse antiquitus hac facultate permittendi celebrationem assidue et absque ulla necessitate; quia illa (ait Suarez) non erat dispensatio, sed usus propriae potestatis. — Deinde tamen facultas haec ablata fuit episcopis per Tridentinum<sup>3</sup>.

Hoc tamen non obstante, communiter sentiunt doctores hoc intelligendum esse de licentia perpetuo celebrandi per modum habitus, juxta facultatem quam episcopi prius habebant; at minime est eis vetitum hujusmodi concedere licentiam *per modum actus* pro aliquo tempore, si justa adsit causa. — Ita Pater Suarez<sup>4</sup>,

*Soto*, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 8, v. *Circa hoc ergo*. — <sup>1</sup> Tr. 22, punct. 8, n. 5. — <sup>2</sup> Disp. 81, sect. 8, v. *Secundo*. — *Silvest.*, v. *Missarum I*, qu. 5, § *Tertium*. — *Soto*, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 8, v. *Circa hoc ergo*. — *Navar.*, *Man.*, cap. 25, n. 81. — <sup>3</sup> Sess. 22, de observand. etc. in celebr. Miss. — <sup>4</sup> Loc. cit. — <sup>5</sup> *De Euch.*, qu. ult., punct. 9, num. 11. —

ubi postquam necessitatis casum exceptit, ait: *Item.... facultas haec est per modum dispensationis; concilium autem non abstulit ab episcopo potestatem rationabiliter dispensandi, quam habet in hujusmodi rebus, maxime cum revera sit moraliter necessaria*. Et subdit: *Tandem usus hoc confirmat, quia ita fit sine ullo scrupulo*. Idem dicit Bonacina<sup>5</sup>, ubi: *Negandum... non videtur quin episcopus possit in aliquo casu particulari, justa concurrente causa, dispensare ut Missa extra ecclesiam in loco honesto celebretur*. Et citat Reginaldum, Beja et Cenedo. Et deinde Bonacina se referit ad id quod alibi<sup>6</sup> scripsit, ubi sermonem faciens de opinione ab aliquibus doctoribus defensa, et a nobis relata Lib. I, n. 191, *in fine*, (quae quidem Bonacinae non arridet, neque nobis, nempe quod episcopus dispensare valeat in omnibus canonice legibus, in quibus non est ipsi ab Apostolica Sede expresse reservata dispensatio), inquit hanc sententiam habere saltem locum in iis quae saepe accident; et dispensationem requirunt; vel si occurrat aliqua gravis necessitas vel gravis utilitas, et non pateat facilis ad Sanctam Sedem recursus. — Idem tenet Tamburinius<sup>7</sup>, qui eamdem rationem affert, nempe quia cum hujusmodi casus frequentes sint, episcopis est necessaria moraliter haec potestas dispensandi; juxta dicta Lib. I, n. 192, *in fine*. — Idem docet Barbosa<sup>8</sup>, dicens: *Concilium loquitur de communi modo celebrandi; non vero abstulit episcopis potestatem rationabiliter dispensandi... stante necessitate vel justa causa*. Idem scribit Escobar<sup>9</sup>, dicens: *Talis autem dispensatio cum rationabili causa non debet inter abusus recenseri; unde non obstat Tridentinum quin possit episcopus concedere hujusmodi facultatem (celebrandi extra locum sacram)..., etiam quando persona nobilis, praesertim ratione senectutis vel infirmitatis, diu non communicavit vel Missam audivit, vel ob simile impedimentum ecclesiam adire nequit, ut aliquando Missam audiat et Eu-*

*Regin.*, lib. 29, num. 176. — *Beja*, part. 4, cas. 33. — *Petr. Cenedo*, *Fract. canon. quæst.* 44, n. 6, v. *Soares tamen*. — <sup>6</sup> Disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 1, num. 17. — <sup>7</sup> Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 4, § 2, num. . — <sup>8</sup> *De Offic. et Potest. episc.*, alleg. 28, num. 9. — <sup>9</sup> Lib. 21, num. 85.

*charistiam recipiat*. — Idem tenet Laymann<sup>1</sup>: *Non videtur.... ablata potestas (episcopis) occurrente casu necessitatis dispensandi, ut semel aut saepius, quatenus rationabilis causa suaserit in loco honesto, sed profanis usibus destinato, super altari sacrato... Missae sacrificium celebrare liceat*. Idem ait Holzmann<sup>2</sup>: *Excipendus praeterea est casus quo episcopus rationabili ex causa dispensat, ut in privatis aedibus, v. gr. alicujus infirmi, super altari portatili celebrari possit*. — Idem dicunt Salmant.<sup>3</sup>, Elbel<sup>4</sup>; et Lacroix<sup>5</sup> cum Coninck, Rodriguez, Pasqualigo, Quarti, Diana, Marchino, Hurtado et Fagundez. — Igitur supradicta sententia merito communis dici potest.

Dubitatur deinde: *quoies concedi possit hujusmodi dispensatio?* Salmant.<sup>6</sup> dicunt semel vel bis. — Sed alii, ut Suarez, Laymann, Bonacina, Escobar<sup>7</sup>, Holzmann, et Elbel cum Pasqualigo<sup>8</sup>, etc., indefinite loquuntur; et intelligunt concedi posse durante infirmitate vel alia causa accidentaliter. Et merito indefinite loquuntur: nam prohibitio dispensandi est strictae interpretationis ac intelligenda est (ut superius vidimus) tantum pro dispensationibus continuis permanentibus; non vero pro iis quae ad tempus conceduntur, respectu alicujus causae transeuntis. — Accedit his declaratio (quam refert Gallemart<sup>9</sup>, ubi dictum fuit: *Ordinarii arbitrio permittit Pontifex, necessitate personarum et infirmitatis qualitate pensata, ut pro infirmorum commode, etiam in privato oratorio vel altari ad hoc deputato facultatem celebrandi concedat*). Idem admittit card. Petra<sup>10</sup>, dicens bene licere episcopo potestatem facere, ut in alicujus insignis viri morbo

<sup>1</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 5, n. 4. — <sup>2</sup> *De Euch.*, n. 370. — <sup>3</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 56. — <sup>4</sup> *Confer.* 19, de Temp. Sacrific., num. 233. — <sup>5</sup> Lib. 6, part. 2, num. 268. — *Coninck*, qu. 83, n. 225. — *Rodrig.*, *Quæst. regul.*, tom. 1, qu. 42, art. 6. — *Pasqual.*, de Sacrif. nov. legis, qu. 451, num. 3. — *Quarti*, part. 3, tit. 10, num. 1. dub. 5, diff. 4. — *Diana*, part. 9, tr. 1, resol. 44; cfr. resol. 43. — *Marchi*, tr. 3, part. 3, cap. 9, num. 11. — *Gasp. Hurtad.*, de Sacrif. Miss., disp. 4, diff. 6, v. *Unde episcopi*. — *Fagund.*, de 1<sup>o</sup> praec. Eccl., lib. 3, cap. 18, num. 14. — *Mazzotta*, tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 3, § 4, qu. 1. — *Escob.*, lib. 21, n. 85. — <sup>6</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 58. — *Philib. Marchin.*, tr. 3, part. 3, cap. 9, num. 11. — *Gasp. Hurtad.*, de Sacrif. Miss., disp. 4, diff. 6, v. *Addimus dictam*. — *Novar.*, *Sum. Bullar.*, part. 1, comment. 80, num. 3. — *Quintanadven.*, tr. 7, singul. 32, num. 6. — *Diana*, part. 9, tr. 1, resol. 43 et 44. — *Fagund.*, de 1<sup>o</sup> praec. Eccles., lib. 3, cap. 18, num. 12. — *Soto*, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 3, v. *Quinimmo*. — *Sà*, v. *Miss.*, num. 20. — *Soto*, loc. cit. — <sup>7</sup> Disp. 81, sect. 3. — <sup>8</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 56 et seqq. — *Suar.*, loc. cit., v. *Secundo*. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 5, n. 4. — *Bonac.*, *de Euch.*, qu. ult., punct. 9, num. 11. — *Holzmann*, *de Euch.*, n. 370, v. *Excipendus praeterea*. — *Elbel*, *confer.* 19, de Temp. sacrific., num. 233 et 249, i. f. — <sup>9</sup> In Trident. sess. 22, decret. de observand., etc., declar. 6. — <sup>10</sup> Comment. in constitut. apost., tom. 4, in constit. 2 Urbani V, n. 21, v.

<sup>b</sup>) Eamdemque interpretationem profecto patietur decretum S. R. C. diei 20 Sept. 1749, in Taurinen. *Decr. auth.*, n. 2404, ad 5. — <sup>c</sup>) *Soto* non requirit ut secreto celebre-

tur, sed ait vix posse contingere mortale, « ubi nullus sit contemptus vel scandalum ».

— *Idemque tenet Sà*.

<sup>d</sup>) *Escobar, loc. cit.*; et *Pasqualigo, loc. cit.*,

laborantis domo Missae sacrificium peragatur, ut et Sacro ille interset, et sacra reficiatur communione. — Accedit etiam quod Honorius III<sup>1</sup>, verba faciens de licentiis celebrandi, fassus est in hac materia *benignam potius interpretationem faciendam esse*.

Atque si haec licentia concedi potest ab episcopis pro saecularibus infirmis, ne Missam audire preventur (ut supra dictum est): tanto magis concedi valet sacerdotibus qui saepe habent quamdam celebrandi necessitatem, prout colligitur ex Tridentino<sup>2</sup>, ubi dicitur: *Curet episcopus ut ii (id est sacerdotes) saltet diebus dominicis et festis solemnibus.... Missas celebrent.* — Quapropter nescirem a culpa levi excusare sacerdotem illum, qui quotidie celebrare posset (una hebdomadis die excepta ob reverentiam), et sine ulla justa causa, sed tantum ob desidiam a celebrando abstineret. Sacerdos enim non solum pro se celebrat, sed etiam pro bono totius Ecclesiae populi christiani, cuius minister et intercessor est constitutus; juxta illud Apostoli: *Omnis... pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis* (Hebr. v, 1). Hinc oritur (prout dicebam) quaedam necessitas quam sacerdos habet celebrandi; et ideo facilius episcopi con-

<sup>1</sup> Cap. In his 30, de privileg. — <sup>2</sup> Sess. 23, de reform., cap. 14. — <sup>3</sup> Lib. 6, part. 2, n. 267. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 269. — Bonac., de Legib., qu. 3, de Privileg., punct. 6, n. 4. — Barb., de Jure eccles., lib. 2, cap. 8, n. 16. — Pelliz., tr. 8.

qu. 451, n. 3, (etsi a Croix citatur ut asserit S. Alphonsus) suam propositionem explicant de licentia « semel aut iterum » celebrandi.

<sup>e</sup>) Silvester, v. Dispensatio, n. 11, citatus a Croix ex Diana, et a Diana ex Bonacina, non videtur ad rem facere.

<sup>f</sup>) Diana a Croix citatur, quasi videatur consentire dictis Antonii Quintanadvenas; retamen vera Diana, part. 9, tr. 1, resol. 12, nil aliud habet quam ipsa verba Quintanadvenas, quem nec probat nec reprobatur. — Quod hic in not. 2, S. Alphonsus affirmit, privilegium scilicet oratorii permanere, etsi privilegiatus mutat domicilium in aliam diocesim, hoc dictum est juxta antiquam S. Doctoris opinionem: id enim jam reperiebatur in 2<sup>a</sup> Operis editione (1752-1753). Sed postea, in 4<sup>a</sup> nimirum editione anni 1760, S. Doctor opinionem istam abjecit. In hac enim editione,

cedere possunt sacerdotibus celebrandi licentiam in ipsorum domibus, durante eorumdem infirmitate.

Notandum I<sup>o</sup>. Quod indultum oratorii privati a Papa concessum durat usque ad mortem privilegiati tantum. Nec perit mortuo Papa vel episcopo qui illud designavit; quia gratia semel facta non expirat morte concedentis. — Vide Croix<sup>3</sup>.

Notandum II<sup>o</sup>. Quod si privilegiatus mutet domicilium in aliam dioecesim, non amittit privilegium oratorii; quia, cum sit personale, personam sequitur: quamvis requiratur nova approbatio episcopi et nova inspectio loci. Croix<sup>4</sup> cum Silvestro<sup>5</sup>, Bonacina, Barbosa, Pellizzario, Tamburinio, etc. — Quae inspectio requiritur etiam dum mutatur habitatio in eodem oppido; ut bene ait Croix<sup>6</sup> cum Tamburinio, contra Diana<sup>7</sup> et Quintanadvenas.

Utrum autem privilegiatus possit duo oratoria habere, unum in oppido, alterum in villa?

Negat Croix ibid. — Sed affirmat Pasqualigo (apud ipsum), cui non dissentio, si privilegiatus non sit ibi per modum transitus, et locus sit ab Ordinario jam approbatus<sup>8</sup>.

Notandum III<sup>o</sup>. Id quod habetur in decreto emanato a Clemente XI, die 15 Decembr. 1703 (quod in extensum afferit

cap. 2, num. 152. — Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 4, § 4, n. 2 et 7. — <sup>5</sup> Loc. cit., num. 269. — Tambur., loc. cit., num. 6 et 7. — Quintanadv., tr. 7, singul. 82, num. 4. — Pasqual., qu. 630.

lib. 3, n. 319, ubi primum explicat clausulas adhiberi solitas in indulto oratorii privati, adhaeret sententiae quae dicit privilegium cessare, translato domicilio in aliam dioecesim; quia, inquit, in hodiernis exemplaribus indulti, nomen diocesis non solum applicatur personae, sed etiam ipsi oratorio; unde sicut limitatur privilegium circa personam, sic etiam limitatur circa locum.

<sup>g</sup>) Hic, uti de se liquet, quaestio movetur non de *habendo* dumtaxat oratorio, sed de *usu* duplicitis oratorii ad Missam celebrandam. Et Pasqualigo, n. 1, negat posse aliquem duobus oratorii, ruri scilicet et in oppido, *simul* uti; sed n. 3, dicit posse *successive*, scilicet uti posse oratorio quod ruri habet, dum ibi commoratur, ita tamen ut interim non utatur eo quod est in civitate. Et in probatione satis indicat conditionem quam ipse S. Alphonsus apponit

Indultum  
oratorii du-  
rat usque  
ad mortem  
privile-  
giati.

Quid, si  
privile-  
giatus alio  
transferat  
domicilium.

Quid de  
ha-  
bente  
duo orato-  
ria.

Decretum  
Clemen-  
tis XI de o-  
ratoriis pri-  
vatis.

Croix<sup>1</sup>), ubi sic dicitur: *Nonnulli epis-  
copi.... et complures regulares sub praetextu  
privilegiorum... ea sibi licere putant  
quae... prohibita (sunt)... Regulares...  
in quibusdam... nobilium personarum pri-  
vatis oratorii, quae certis quandoque ex  
causis a S. Sede Apostolica concedi so-  
lent, celebrare audent, vel plures Missas  
quam in ipsis.... sit indultum, vel absque  
praesentia personarum quarum contem-  
platione... concessio emanavit, vel extra  
debitas horas et post meridiem, vel illis  
etiam diebus quibus per constitutiones  
dioecesanas, aut etiam per decreta S. C.  
Concilii celebrari prohibetur, aut quae in  
ipsismet indultis apostolicis excipiuntur.* Deinde declaratur: *In oratoriis privatis  
quae per S. Sudem concessa fuerint, non  
licere regularibus cuiusvis ordinis... aut  
aliis quibuscumque sacerdotibus, etiam si  
essent episcopi, in iis celebrare in diebus  
Paschatis..., Pentecostes, Nativitatis Do-  
mini Nostri Jesu Christi altisque anni  
festis solemnioribus, ac diebus in indulto  
exceptis. In reliquis vero diebus, praedi-  
ctis regularibus seu sacerdotibus qui-  
buscumque, etiam episcopis, in praefatis  
oratoriis celebrare non licere, ubi etiam  
unica Missa quae in indulto conceditur,  
celebrata fuerit: super quo celebraturus  
teneatur diligenter inquirere, et de eo se  
optime informare. Atque illa etiam in cas-  
ibus permisis celebrari nequeat post me-  
ridiem; demandando... ulterius... in omni-  
bus hujusmodi casibus, personas quas-  
cumque dictas Missas audientes nullatenus  
Ecclesiae praeceperit satisfacere, etc.*

Deducitur 2<sup>o</sup>. quod si in indulto dicatur ut una Missa quotidie celebretur, nequit sub mortali a quibuscumque sacerdotibus, etiam episcopis et regularibus sub praetextu privilegiorum, praeter illam Missam alia celebrari; ut recte inquit Benedictus XIV<sup>6</sup>, et Quarti apud Croix<sup>7</sup>; et Tonellius<sup>8</sup> cum communi: — contra Marchant<sup>9</sup>, qui censet non vetari plures Missas celebrari, nisi dicatur in indulto, *unica Missa celebretur, vel una tantum*: quia, ut ait, *tò una non est particula taxativa*; prout si in fundatione dicatur, *volumus ut quotidie una Missa celebretur in tali altari*, non ideo plures prohibentur

<sup>1</sup> Lib. 6, part. 2, num. 258. Habetur etiam in Bullar. Clementis XI, inter decreta S. C. C., sub num. 1. — Series decretor., num. 74. — <sup>2</sup> Lib. 6, part. 2, num. 271. — <sup>3</sup> Loc. cit. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 392. — <sup>5</sup> Notif. 34, n. 8. —

de commoratione quae non sit per modum transitus; et n. 7, expresse requirit ut utrumque sit approbatum.

<sup>h</sup>) Seu rectius: Ea quae in decreto S. R. C. statuuntur, confirmantur in decreto Clementis XI. Et iterum, die 10 April. 1896, S. R. C. declaravit dies solemniores quibus vetantur Missae in privatis oratoriis, eos esse qui describuntur in Caeremoniali episcoporum, lib. 2, cap. 34, § 2, et de praeecepto servantur. Decr. auth., n. 3896.

Paschatis, Pentecostes, Natalis Christi Domini (ut exprimitur in decreto): sed etiam in die Epiphaniae, feriae quintae in Coena Domini, Annuntiationis, Ascensionis, Assumptionis Beatae Mariae Virginis, festo SS. Petri et Pauli et Omnium Sanctorum; juxta decretum S. C. Rituum, editum die 17 Nov. 1607 (apud Merati<sup>2</sup>), cuius meminit Clemens XI in decreto supra citato<sup>3</sup>).

— Advertendum tamen cum Croix<sup>4</sup>, 1<sup>o</sup> quod ubi tale oratorium concessum est propter infirmitatem, potest omnibus diebus, etiam exceptis, ibi celebrari; et sic decrevit S. Congregatio (ut refert Pater Zaccaria apud Croix<sup>4</sup>), decernens insuper quod in die Nativitatis Domini una tantum Missa ibi celebretur<sup>5</sup>. — Advertendum 2<sup>o</sup>. quod hoc procedit tantum in oratoriis privatis: non vero publicis, de licentia episcopi benedictis, ut supra dimicimus; in quibus omni die etiam solemniori celebrari potest, ut patet ex decreto S. C. Rituum, 3 Sept. 1671 (apud Merati<sup>5</sup>).

Deducitur 2<sup>o</sup>. quod si in indulto dicatur ut una Missa quotidie celebretur, nequit sub mortali a quibuscumque sacerdotibus, etiam episcopis et regularibus sub praetextu privilegiorum, praeter illam Missam alia celebrari; ut recte inquit Benedictus XIV<sup>6</sup>, et Quarti apud Croix<sup>7</sup>; et Tonellius<sup>8</sup> cum communi: — contra Marchant<sup>9</sup>, qui censet non vetari plures Missas celebrari, nisi dicatur in indulto, *unica Missa celebretur, vel una tantum*: quia, ut ait, *tò una non est particula taxativa*; prout si in fundatione dicatur, *volumus ut quotidie una Missa celebretur in tali altari*, non ideo plures prohibentur

Quarti, part. 3, tit. 10, num. 1, sect. 3, dub. 6. — <sup>2</sup> Lib. 6, part. 2, num. 268. — <sup>3</sup> Sacr. Enchirid., lib. 1, cap. 2, § 2, num. 6. — <sup>4</sup> Petr. Marchant, Notabil. resolut. varior. cas., cas. miscell. 3.

Quibus die-  
bus prohi-  
beatur cele-  
bratio in o-  
ratoriis pri-  
vatis.

In oratorio  
concesso  
propter in-  
firmitatem  
nullus dies  
excipitur.

Sicut ne-  
que in ora-  
toriis publi-  
cis.

Ubi una  
Missa con-  
ceditur, ce-  
lebrare a-  
ham, letham.

Missae. — Haec tamen opinio videtur omnino improbabilis. Nam privilegia sive concessiones adversus aliquam legem prohibitivam stricte sunt accipienda; unde particula *una* idem importat ac *unica*, et quod pro una vice conceditur, non potest ad plures vices extendi (prout si quis pro una vice concedat alicui transire per suum agrum, non posset ille pluries transire). Et hoc patet clare ex citato decreto, ubi reprobantur *regulares qui in privatis oratoriis celebrare audent plures Missas quam in ipsis... sit indulsum*. Cum autem in indulso sit una Missa expressa qui plures Missas celebrarent, jam audearent celebrare ultra concessionem in indulso expressam. — Nec valet paritas ad ducta fundationis; nam ibi non vetatur aliunde plures Missas celebrari nec fundator prohibere posset. Sed in oratoriis privatis non potest celebrari alia Missa nisi quae in indulso exprimitur, cum aliunde sit generaliter prohibitum ibi celebrari unde idem est cum in indulso dicitur *unica Missa, quam una quae in indulso conceditur*: in utraque enim dictione mens Pontificis est, secundam Missam non posse celebrari.

Dices pluries celebrari non prohibetur respectu celebrantium, sed respectu audi- dientium, qui in aliis Missis, prima con- cessa celebrata, non satisfacerent praece- pto. — At respondeo quod prohibitio est non solum respectu audiencium, sed etiam celebrantium: primo, quia omnibus veti- tum est celebrare in oratoriis cultui di- vino non destinatis per consecrationem vel benedictionem episcopi; secundo, quia in decreto praefato Clementis duo quidem sejunctim per se prohibentur, et sacerdo-

*Bened. XIV*, encycl. *Magno*, § 12. — *Bened. XIV*, encycl. *Magno*, § 23 et 24. — <sup>1</sup> De Euch., decis. 8, p. 54.

vel unica tantum Missa sit celebranda in casu?» S. C. respondit: «Ad primam dubit partem *affirmative*, ad secundam *negative*». Et habetur etiam in *Thesauro resolut.* S. C. Conc., tom. 3, in *Dubio oratorii privati*, die 13 Januarii 1725. Quae declaratio data est non obstante discursu secretarii S. C. Prospere Lambertini, qui inclinabat in sententiam vetantem tres Missas celebrari.

j) « Communius », ut addit S. Doctor in  
*Exam. Ordinandorum n. 114.*

tibus alias Missas praeter unam concessam celebrare, et audientibus in iis praecepto satisfacere. Primum habetur ex illi verbis: *Regularibus aut quibuscumque sacerdotibus, etiam episcopis in praefatis oratoriis celebrare non licere, ubi etiam unica Missa quae in indulto conceditur fuerit celebrata.* Alterum: *Demandando... ulterius... in omnibus hujusmodi casibus personas quascumque dictas Missas audiентes, nullatenus praecepto Ecclesiae satisfacere.* — Post haec scripta inventa bullam nostri Summi Pontificis Benedicti XIV Magno, die 2 Junii 1751, qua lisa finita est. Nam Pontifex declarans ibi quomodo intelligenda sint hujusmodi indulcta, dicit: *Haec... pro lege statuta fuerunt, quemadmodum ex formulis litterarum in forma brevis, quae conceduntur colligere licet... Nec plures in die, sed unicat tantum Missa in oratorio celebretur.* Ergo prohibitio non tantum respicit audientes sed praecipue celebrantes, cum in privato oratorio pluries celebrari vetetur.

Quaeres hic: *an licet in oratoriis privatis ministrari Eucharistiam sine licentia episcopi?* — Certum est posse episcopum prohibere ministrationem communionis in oratorio privato; ut declaravit Benedictus XIV in bulla *Magno*, edita die 2 Junii 1751.

At si non adsit prohibitio, affirmat Clericatus<sup>1</sup>, potitus ratione, quia per Tridentinum optatur ut in singulis Missis fideles adstantes sacramentaliter communient. Nec dissentit Portellus (apud Diana<sup>2</sup>) dicens quod susceptio Eucharistiae in oratorio privato nullam parocho injuriam infert quando non fit de praecepto. — Ne gant vero<sup>3</sup>) Diana<sup>4</sup>), Quarti<sup>5</sup>) et Giribal-

— Portel., Respons., part. 3, cas. 39. — Part. 4, tract. 4  
resol. 14.

k) Diana non satis accurate citatur a Benedicto XIV; nam, *part. 4, tr. 4, resol. 14* et *part. 9, tr. 1, resol. 8*, (Coord., *tom. 4* *tr. 2, resol. 44 et 45*), concedit posse ministri strari Eucharistiam absque episcopi licentia sed suaderi ne hoc fiat cum displicentia episcopi. At, *part. 9, loc. cit., resol. 9*, loquens de sacerdote qui virtute cruciae eligitur dicit eum probabiliter posse eam ministrare sed probabilius non posse, et sic esse consendum. Et haec ultima resolutio non citatur.

8 - 8

5

Poenitentia nequa  
ministrata in orato  
privato si causa.

dus, apud Benedictum XIV<sup>1</sup>: qui referat  
Innocentium XIII olim Romae negasse  
cuidam nobili matronae licentiam com-  
municandi in oratorio privato, excepto  
casu infirmitatis. Negant etiam Pignatelli<sup>2</sup>  
Pasqualigo<sup>3</sup> et Pater Gatticus<sup>4</sup>; quia mi-  
nistratio Eucharistiae pertinet ad jurisdi-  
ctionem Ordinarii, cum sit actus pascendi  
oves: et ideo regulares, ut Eucharistiam  
ministrarent, specialibus indigerent privi-  
legii. — Hinc idem Papa Benedictus XIV<sup>5</sup>  
in encyclica ad episcopos regni Poloniae  
edita eadem die 2 Junii 1751, prohibuit  
dari communionem in privatis oratoriis  
iis qui intersunt, absque licentia epi-  
scopi.

Quoad sacramentum autem *Poenitentiae*, certum est non esse licitum illum ministrare sine justa causa in oratorio privato; ut habetur in Rituali Romano<sup>5</sup> ubi dicitur: *In ecclesia, non autem in privatis aedibus (sacerdos) confessiones audiatur nisi ex causa rationabili; quae cum inciderit, studeat tamen id decenti ac patienti loco praestare.* Idque confirmatum fuit in citata bulla *Magno*.<sup>6</sup>

Quinam autem satisfaciant audiendis  
Missam in oratoriis privatis? — Vide dicta  
*Lib. III. n. 319.*

360. - « TERTIO. Ex *privilegio*: quale  
« dicuntur habere Minores et qui cum iis  
« participant. Quod esse revocatum a Tri-  
« dentino<sup>7</sup> licet multi velint, negant ta-  
« men Diana<sup>a)</sup>, Joannes de Salas, Ro-  
« driguez etc.: idque secundum card. de

*Giribald.*, de Sacrif. Miss., tr. 5, cap. 8, § 8, n. 47. —  
1 Notif. 34, n. 11 et 12. — 2 Tom. 6, consult. 98, n. 86. —  
3 Qu. 644. — 4 De Orator. domestic, cap. 29, num. 6. —  
*Bened. XIV.*, encycl. *Magni*, § 28 et 24. — 5 Tit. 3, cap. 1,  
Ordo ministr. sacram. Poenit., n. 7. — 6 20. — 7 *Sess.* 22,  
decret. de observand. etc., in celebr. Miss. — *Rodrig.*,  
Quæst. regul. tom. 1, qu. 43, art. 4 et 5. — 8 *De Euch.*,  
disc. 20, n. 51. — 9 Method. celebr. Miss. lib. 1, cap. 4.

a Benedicto XIV. — Quarti adhuc infelicius a Benedicto XIV citatur; diserte enim *part. 3, tit. 10, n. 1, sect. 3, dub. 9*, affirmat sacerdotem saecularem, nisi expresse a parocho prohibeatur, posse ibi « Eucharistiam extra Pascha » ministrare; idemque posse regula-rem de licentia saltem tacita suorum superiорum, nisi episcopus prohibuerit.

360. - a) Diana non satis recte citatur a Busenbaum; nam, part. 3, tr. 2, resol. 80; et part. 4, tr. 4, resol. 106, duas contrarias opiniones exponit et de neutra suum iudi-

« Lugo <sup>8</sup>, probabiliter; et Tamburinium <sup>9</sup>,  
« probabilitius. Vide Barbosa <sup>10</sup>. — Item re-  
« ligiosi Societatis Jesu, a Gregorio XIII,  
« ut possint tum in Missionibus, cum fa-  
« cultate superioris, in quovis loco de-  
« centi; tum in dominibus suis in loco hone-  
« sto, a provinciali designato, Missas di-  
« cere: in quo idem licebit aliis ».

Hanc sententiam, nimirum quod privilegium regularium circa oratoria privata non fuerit revocatum a Tridentino, tenent Roncaglia<sup>11</sup> et alii. — Sed haec sententia hodie non est amplius probabilis post decretum Clementis XI editum die 15 Decembr. 1703 (apud Croix<sup>11</sup>), ut bene docet Holzmann<sup>12</sup> cum Anacleto, Elbel et aliis communiter. In praefato enim decreto sic declaratur: *Privilegia concessa nonnullis regularibus in cap.* In his, de privilegiis, et per aliquos Summos Pontifices aliis regularibus communicata, utendi dicto altari portatili, in eoque celebrandi absque Ordinariorum licentia in locis in quibus degunt, omnino revocata esse per idem... concilium (Tridentinum).

Et idem declaravit Benedictus XIV  
in citata bulla *Magno*<sup>13</sup>.

Dicit autem Pater Mazzotta<sup>14</sup> hoc tantum intelligendum de dominibus privatis, non vero de dominibus ipsorum religiosorum. — Sed hic advertenda constitutio Innocenti XIII, edita 23 Maii 1723, quae incipit: *Apostolici ministerii* (apud Merati<sup>15</sup>), ubi sic habetur: *Cumque circa Missarum celebrationem in privatis ora-*

§ 3, n. 10. — <sup>10</sup> In Trid., sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 8, n. 19. — *Gregor. XIII.*, brev. *Decet Romanum Pontificem*, de die 3 Maij 1575, in Institut. S. J. — <sup>11</sup> Lib. 6, part. 2, num. 258. — <sup>12</sup> De Euch., anno. 370. — *Anac. Reiffenstein*, *Jus canon.*, lib. 3, tit. 41, num. 5. — *Erbel*, confer. 19, de Temp. et loco sacrific., n. 233. — <sup>13</sup> § 29. — <sup>14</sup> Tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 3, § 4, i. f. — <sup>15</sup> Series decretor., n. 648. Cfr. in Bullar. Rom. *Majnaiard*, bullam *Apostolicó ministerio*. § 24.

cium profert. Sed *part. 9, tr. 1, resol. 34,* (quam Busenbaum non allegat) Diana negat regulares posse nunc suo privilegio uti in dominibus saecularium.

<sup>b)</sup> Roncaglia non videtur sibi consentire; scribit enim, *de Sacrif. Miss.*, cap. 5, qu. 2, resp. 1: « A Tridentino... sublatum esse regularibus quodcumque habuerint privilegium celebrandi in altari portatili, in locis quibus degunt; sed paulo inferius resp. 3, dicit regulares privilegium habere deputandi oratoria privata in suis monasteriis. orangis.

*tornis..., a r. m. Clemente Papa XI.... decretum promulgatum fuerit..., episcopi operam ut omnia ibidem statuta.... serventur.... addita etiam prohibitione, ne in privatis regularium cellis sive cubiculis erigatur altare pro re sacra.... facienda..., remotaque quacumque contraria consuetudine.*

361. - « Dixi II<sup>o</sup>. Non violata. Quia in ecclesia interius violata, nisi prius reconcilietur non licet sub gravi peccato (ut Laymann<sup>1</sup> ex Navarro, Suarez, Coninck, etc.), nisi in necessitate, cum via episcopi (si is adiri possit, alioquin sine ea, ut habet card. de Lugo<sup>2</sup>) celebrare aut mortuos sepelire ». [Ita etiam Salmant.<sup>3</sup> cum Lugo et Philiberto].

Necessitas autem sufficiens censemur, si populus non habet aliam ecclesiam, ubi Missam audiat. Si vero ecclesia polluatur incepto canone, sacerdos utique Missam prosequi debet. — Palaus, Suarez, Coninck, Laymann cum Salmant.<sup>4</sup>

Quaeritur: *an celebrans in ecclesia polluta incurrat aliquam poenam?*

Silvester<sup>5</sup>, Azor<sup>6</sup>; et Graffius, Naldus, etc., apud Escobar<sup>7</sup>, dicunt incurrere suspensionem ab ingressu ecclesiae; ex cap. *Episcoporum, de privil., in 6<sup>o</sup>*, ubi celebrantes in locis interdictis (ut ibi dicitur) *ingressum ecclesiae sibi noverint interdictum*. — Sed negant probabilius Suarez<sup>8</sup>, Laymann<sup>9</sup>, Lugo<sup>10</sup>, Benedictus XIV<sup>11</sup>, Salmant.<sup>12</sup> et Escobar<sup>13</sup>. Ra-

<sup>1</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 5, n. 7, assert. 2. - *Navar.*, Man. cap. 25, n. 83. - *Suar.*, disp. 81, sect. 4, v. *His positis.* - *Coninck*, qu. 83, n. 227. - <sup>2</sup> De Euch., disp. 20, n. 63. - <sup>3</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 64. - *Lugo*, loc. cit. - *Philib. Marchin.*, tr. 3, part. 3, cap. 10, n. 2. - *Palaus*, tr. 22, punct. 8, num. 11. - *Suar.*, loc. cit., sect. 4, i. f. - *Coninck*, qu. 83, num. 236. - *Laym.*, lib. 5, tr. 5, n. 13, v. *Addendum quartu.* - <sup>4</sup> Loc. cit., n. 64. - <sup>5</sup> V. *Consecratio II*, qu. 9. - <sup>6</sup> Part. 1, lib. 10, cap. 26, qu. 16. - *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 48, n. 28. - *Nald.*, Sum., v. *Ecclesia*, num. 25. - <sup>7</sup> Lib. 21, num. 366. - <sup>8</sup> Disp. 81,

tio, quia textus non loquitur de celebrantibus in templo polluto, sed interdicto per interdictum generale: differt autem tempulum esse interdictum et esse pollutum. Tanto minus incurrit irregularitatem, ut recte ajunt Escobar<sup>14</sup>, Salmant.<sup>15</sup> et Benedictus XIV<sup>16</sup> (contra Hostiensem); quia violatio ecclesiae non est censura, per cuius violationem incurritur irregularitas.

362. - « Addo 1<sup>o</sup>. Ecclesia: quia oratoria, etsi deputata ad cultum divinum, cum tamen benedicta non fuerint, nisi in ipsis existet altare ad facienda divina (ut Bonacina<sup>17</sup>), non sunt capacia violationum. — Quod etiam consequenter de hospitalibus docent Navarrus<sup>18</sup>, Sotus<sup>19</sup>, etc.; sed probabilius contrarium docent alii cum card. de Lugo<sup>20</sup>.

« Addo 2<sup>o</sup>. Interius: quia quod fit in turri, sacraria, supra tectum vel fornacem, in crypta, sub pavimento (nisi sit sepultura, aut singulariter benedicta), non violat ecclesiam ». — [Cum Salmant.<sup>19</sup> cum Dicastro, etc.].

363. - « Addo 3<sup>o</sup>. Nisi reconcilietur: quod fieri debet ab episcopo, vel sacerdote ex privilegio Papae (quale superiores regularium pro suis templis habere, ex Avila notat<sup>21</sup> Diana), si fuit consecrata » [Modo adhibetur aqua benedicta ab episcopo, vel a seipso, si distet episcopus duabus dietis, ut ait Roncaglia<sup>22</sup> cum aliis]: « quod praesumendum

Quid de pollutione oratorii.

Ecclesia non violatur nisi factio intus patrato.

A quo et quomodo ecclesia violata reconcilietur.

Celebrans in ecclesia polluta:

Probabilis nullam poenam incurrat.

villus ubi recreationis causa degunt; item, pro infirmis in eorumdem cellis, aut si in saecularium domibus infirmentur.

362. - <sup>a)</sup> Nec Navarrus nec Sotus id expresse dicunt; sed id videntur sentire. — Navarrus enim, *Man.*, cap. 16, n. 32, opinatur peccatum committi ab eo qui conjugalem copulam habet in loco sacro, sive consecrato sive tantum benedicto. — Atque hoc idem sentit Sotus in 4, dist. 32, art. 3, concl. 3,

addens ex hac copula locum sacrum indigere reconciliatione; « nomine autem loci sacri, intelligitur corpus ecclesiae consecratae vel benedictae ». Cum autem hospitalia nec consecrata nec benedicta sint, videntur ex dictis non indigere, juxta hos auctores, ulla reconciliatione.

363. - <sup>a)</sup> Diana, part. 4, tr. 4, resol. 91, affert hanc sententiam pro quibuscumque ecclesiis et non pro ecclesiis regularium tantum;

In ecclesia violata nequit celebri sine necessitate.

« est si celebretur festum dedicationis. — Si vero tantum fuerit *benedicta*, potest fieri reconciliatio a simplici sacerdote aspersione aquae benedictae » [Debet tamen praecedere episcopi delegatio; ut notat Palaus<sup>23</sup>], et habetur in Rituall Romano<sup>1</sup>. Aqua autem potest benedici ab ipso sacerdote; ut Salmant.<sup>2</sup>; et Palaus<sup>3</sup> cum Barbosa, Henriquez<sup>4</sup>, Laymann, etc., contra Toletum. Immo Benedictus XIV<sup>4</sup> ait: *Si (ecclesia) simpliciter benedicta fuerit, tunc idem Gregorius IX, in cap. Si ecclesia, de consecr. eccles., statuit, nulla praebenta delegatione, per simplicem sacerdotem, adhibita aqua benedicta, quam sanctam sive lustralem vocant, posse ecclesiam pollutam reconciliari*], « cum facultate episcopi, vel sine ea secundum Diana<sup>5</sup>. — Censeri etiam reconciliatam, si sacrificium in ea peractum fuerit, docet Tamburinius<sup>6</sup> ex Henriquez<sup>7</sup>, Sà et Diana<sup>8</sup>, esse probabile. Negat autem card. de Lugo<sup>9</sup>. [Et cum de Lugo idem merito sentiunt Navarrus<sup>10</sup>, Laymann<sup>11</sup>, Palaus<sup>12</sup> cum

Azor<sup>13</sup>]; quia nullibi habetur celebracionem succedere loco reconciliationis<sup>14</sup>. Vide dicenda n. 380, v. *His*.

364. - « Porro ecclesia, uti et coemeterium, violentur seu polluantur sequentibus casibus (non tamen nisi postquam res evulgata fuerit. Laymann<sup>15</sup>) ».

Nisi factum publice constat, ecclesia non censemur polluta, etiam respectu ipsius delinquentis. Salmant.<sup>16</sup> et communiter. — Putat autem Elbel<sup>17</sup> (et citat Diana<sup>18</sup>, Moya<sup>19</sup> et Laymann<sup>20</sup> cum aliis), quod ad ecclesiae pollutionem requiratur non solum notorietas facti, sed etiam juris per sententiam declaratoriam judicis. Sed hanc opinionem non censeo esse tutam; cum sit contra communem, quam tenent ipse Laymann<sup>21</sup>, Palaus<sup>22</sup>, Salmant.<sup>14</sup>, Mazzotta<sup>23</sup>, Sporer<sup>24</sup>, Croix<sup>25</sup>, Roncaglia<sup>26</sup>, qui omnes dicunt sufficere ad pollutionem notorietatem sive juris sive facti. Et hoc patet clare ex cap. *Significasti, de adult.*, ubi ob notorietatem tantum facti fuit declaratum ecclesiam esse reconciliandam. — Et ex eodem textu manifeste pariter de-

<sup>1</sup> Tit. 8, cap. 28, Rit. reconcil. eccles. violat. — <sup>2</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 66. — <sup>3</sup> Tr. 22, punct. 8, n. 14. — <sup>4</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 5, n. 8. — <sup>5</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 67. — <sup>6</sup> Decalog., part. 2, conter. 18, de Sacrilegio, n. 578. — <sup>7</sup> Loc. cit. — <sup>8</sup> Tr. 11, punct. 1, n. 2. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 67. — <sup>10</sup> Tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 3, § 2, qu. 2. — <sup>11</sup> Part. 2, cap. 6, n. 441. — <sup>12</sup> Lib. 6, part. 2, n. 289. — <sup>13</sup> De Sacrif. Miss., cap. 5, qu. 4, resp. 2.

sed eam non videtur amplecti. Nec pro hoc asserto citat Avilam.

<sup>b)</sup> Palaus, tr. 22, punct. 8, n. 14, hoc non habet.

<sup>c)</sup> Henriquez id sane insinuare videtur, dum, lib. 9, cap. 27, n. 6, dicit ecclesiam, si solum benedicta sit, reconciliari per sacerdotem.

<sup>d)</sup> Tamburinius, *Method. celebr. Miss.*, lib. 1, cap. 1, § 4, n. 5, probabile esse ait; sed contrarium vocat probabilius. — Henriquez autem, quem citat, dicit tantum, loc. cit., n. 6: « Quidam ajunt ad reconciliationem sufficere quod bona fide sit semel celebratum in illa ecclesia polluta ».

<sup>e)</sup> Diana, part. 2, tr. 14, resol. 69, id asserit, si bona fide ibi sit celebratum.

<sup>f)</sup> Navarrus, *Man.*, cap. 27, n. 256, id non habet, etsi etiam a Laymann pro hac sententia allegatur.

<sup>g)</sup> Azor male citatur a Palao; hoc enim non habet, part. 1, lib. 10, cap. 26, qu. 15.

<sup>h)</sup> Et huic S. Alphonsi aliorumque sententiae accedit declaratio S. R. C., quae die 19 Aug. 1634 negavit ecclesiam pollutam per Missae celebrationem reconciliari. *Decr. auth.*,

n. 611, ad 2. — Ceterum de reconciliatione ecclesiae pollutae, haec ex decretis S. R. C. notanda sunt: <sup>1</sup>º Reconciliatio ecclesiae consecratae debet committi proprio episcopo, vel eo absente, alii episcopo: nec potest reconciliari nisi per episcopum, vel a simplici sacerdote, de commissione Papae, aqua per episcopum benedicta. Si vero ecclesia non sit consecrata, potest et debet lavari per presbyterum aqua exorcizata, quae in dies benedicatur a presbytero. *Decr. auth.*, n. 246, 411 et 2612. — Ecclesia autem reconciliata ab episcopo qui jurisdictionem non habet in loco, dicitur bene reconciliata. *Ibid.*, n. 611 ad 3.

364. - <sup>a)</sup> Auctores isti ab Elbel his verbis allegantur: « Juxta receptam DD. opinionem, videndam apud Laymann..., Diana..., Moya... et alios ». — Et revera Diana, part. 6, tr. 6, resol. 27, affert tantum aliorum opinionem; sed, part. 11, tr. 2, resol. 59, tuerit sententiam ipsius S. Alphonsi, dicens speculative probabile esse quod requiratur judicis sententia, sed oppositum probabilius esse et in praxi sequendum. — Moya, tr. 3, disp. 3, qu. 4, cap. 2, n. 6, aliorum sententiam expavit. — Laymann denique, loc. cit., dicit re-

Ad pollutionem ecclesiae requiritur notorietas.

Satis est notorietas facti.

ducitur, ut dicunt etiam Lessius<sup>1</sup>; et Escobar<sup>2</sup> cum Navarro, Sanchez, Azor, etc., quod, cum crimen etiam secretum fuerit, si tamen postea fit publicum, sine nova culpa ecclesia censemur violata.

« 1º. Per factum in ea homicidium mortaliter malum, seu injuriosum, saltem immunitati ecclesiae; quale etiam est, quod alias justum esset per sentiam judicis, nisi tamen reipublicae perturbator aliter capi non posset. — Non est autem tale, 1º. quod fit casu vel amente; 2º. quod in sui defensionem; 3º. cuius causa data est extra ecclesiam: quia requiritur ut vulnus sive causa physica fiat intra ecclesiam. — Vide card. de Lugo<sup>3</sup>.

Quaeritur: an violetur ecclesia, si infertur vulnus lethale sine sanguinis effusione intra ecclesiam, et mors extra eam contingit?

Negant Suarez<sup>4</sup>, Azor<sup>5</sup>; et Diana<sup>6</sup> cum Praeposito et Reginaldo<sup>7</sup>; quia in cap. *Proposuisti, de consecr. eccl.*, requiritur (ut dicunt) quod mors intra ecclesiam sequatur.

Sed probabilius affirmant Lugo<sup>8</sup> cum communi, Laymann<sup>9</sup>, Salmant.<sup>10</sup>; et Escobar<sup>11</sup> cum Navarro, Coninck et Marchino. Tum quia textus non exprimit requiri mortem intra ecclesiam; cum ibi dicatur tantum: *Homicidia contingunt fieri..., et aliquando vulnera inferuntur;* et tunc requiri reconciliationem: ergo ex textu nequaquam requiritur mors intra ecclesiam secuta. Tum quia sufficit ad

violationem ecclesiae, ut causa mortis physica intra ecclesiam data sit (dicimus *physica*; nam bene ajunt Escobar<sup>12</sup> et Lugo<sup>13</sup>, non sufficere causam moralem, nempe mandatum sive consilium homicidii datum in ecclesia).

Et sic etiam violatur ecclesia, ut dicunt Lugo<sup>14</sup>; et Escobar<sup>15</sup> cum Suarez, Graffio, Silvestro, Azor, Navarro, Toledo, Avila, Reginaldo et Sayro (contra Diana<sup>16</sup>), et Persicum<sup>17</sup> apud Escobar<sup>18</sup>), si vulnus fiat intra ecclesiam et sanguis fundatur extra; quia ecclesia polluitur non tam per sanguinis effusionem, quam per actionem injuriosam qua causatur effusio. In textu autem cap. *Si eccles., de consecr. eccl.* (qui mox infra adducetur, ubi dicitur per sanguinis effusionem ecclesiam violari), non requiritur effusio intra ecclesiam: unde semper ac adest percussio injuriosa cum sanguinis effusione, violatur ecclesia. Idem dicendum, si aliquis existens extra ecclesiam sagitta vel sclopo alterum occidat; ut Salmant.<sup>19</sup>

Secus vero dicendum, ut bene ait Lugo<sup>20</sup>, si vulnus infligatur extra, et intra ecclesiam mors eveniat aut sanguis effundatur; quia tunc abest injuria in ecclesia.

365. — « IIº. Per mortaliter malam effusionem proprii vel alterius sanguinis vel semenis, causatam vel factam in templo, licet non in templum. — Unde non violat:

« 1º. Si pauculae guttae effluent; quia non est effusio». — [Ut dicunt etiam

Item, si  
vulnus sit  
in ecclesia  
et sanguis  
effunditur  
extra.

communiter Benedictus XIV<sup>a)</sup>; Elbel<sup>b)</sup> cum Felice Potestà; et Salmant.<sup>1</sup> cum Dicastro, Philiberto et aliis. Idque patet ex cap. *Si ecclesia 10, de consecrat. eccl.*, ubi dicitur: *Si ecclesia non consecrata cuiuscumque semine fuerit aut sanguinis effusione polluta, aqua protinus exorcizata laveretur. Nota rō sanguinis effusione, quae copiam significat.*

« 2º. Si ex percussione vel vulnere levi, v. gr. narium in rixa puerorum, etiamsi copiosus sanguis effluat ». [Ita etiam Elbel<sup>2</sup>, Lugo<sup>3</sup>; quia in hoc communiter non adest peccatum mortale. — Immo Sà<sup>4</sup>, Diana<sup>5</sup>; et Sotus<sup>6</sup>, Victoria, Fagundez, Marchinus ac Graffius<sup>7</sup>, apud Escobar<sup>8</sup>, id extendunt etiam ad adultos; quia sanguis e naribus effluens non dicitur proprie effluere e vulnere, cum e naso facile soleat sanguis emanare. Sed probabilius Bonacina<sup>9</sup>; et Escobar<sup>10</sup> cum Silvio, Coninck<sup>11</sup> et Francisco Lugo, putant violari ecclesiam, si talis effusio accidat cum peccato mortali; quia tunc adest effusio graviter in ecclesiam injuriosa].

« 3º. Si fiat ex sectionae venae.

*Felix Potest.*, tom. 1, n. 571. — <sup>1</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 69. — *Dicast.*, tr. 5, de *Sacrif. Miss.*, disp. 4, dub. 7, n. 116. — *Philib. Marchin.*, tract. 3, part. 3, cap. 10, num. 8. — <sup>2</sup> *Decal.*, part. 2, confer. 18, de *Sacrilegio*, num. 578. — <sup>3</sup> *De Euch.*, disp. 20, n. 54. — <sup>4</sup> V. *Ecclesia*, num. 13. — <sup>5</sup> Part. 6, tr. 5, cap. 5, num. 15. — <sup>6</sup> *Loc. cit.*, num. 15. — <sup>7</sup> *Loc. cit.*, num. 76. — *Navar.*, Man., cap. 27, num. 257. — <sup>8</sup> *Loc. cit.*, num. 27. — <sup>9</sup> *Barb.*, de *Offic. et Potest. episc.*, alleg. 27, num. 19. — <sup>10</sup> Tr. 5, cap. 4, num. 76. — <sup>11</sup> *Gabri. a S. Vincent.*, de *Missae Sacrif.*, disp. 3, qu. 3, v. *Tertio pollutu*.

non audeo ab ea recedere ». — Persicus pariter ab Escobar male citatur; diserte enim, de primo *Offic. sacerdotis*, lib. 1, cap. 7, n. 27, tenet eodem casu ecclesiam pollui.

365. — a) Benedictus XIV, *de Sacrif. Miss.*, lib. 3, cap. 7, n. 4, (al. sez. 2, cap. 1, § 2, v.f.), requirit magnam copiam sanguinis humani; unde liquet, juxta eum, non satis esse ut pauculae guttae effluent.

b) Elbel, *Decal.*, part. 2, confer. 18, de *Sacrilegio*, n. 578, negat censeri pollutam ecclesiam, si mulieres in ea rixantur, et una ab altera percussa, copiosum sanguinem e naribus effundat. Atque hoc etiam asserit Potestas, qui ceteroquin sententiam tenet quam S. Alphonsus ei tribuit.

c) Sotus non satis accurate ab Escobar (ex Fagundez tamen) allegatur; loquitur enim, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 3, de rixa puerorum. — Jacobus de Graffius autem, *Decis.*

« 4º. Actus conjugalis, quando excusat a satur a sacrilegio ». [Vide dicta de hoc, Lib. III, n. 458, v. *Tertia*].

« 5º. Fornicatio facta ab amente.

« 6º. Pollutio inculpata. Vide card. de Lugo<sup>8</sup>.

366. — « IIIº. Per sepulturam excommunicati non tolerati vel infidelis (quo nomine hic non comprehendit haereticum docet card. de Lugo<sup>9</sup>), etiam infantis; ut ex can. *Ecclesia, de consecr.*, dist. 1, docet Praepositus<sup>10</sup>. Quamvis, si pueri parentes sint fideles negat Sayrus. — Vide Bonacina<sup>10</sup>.

367. — « IVº. Per destructionem ecclesiae ex toto vel majore parte »: [Parientum vel crustae Palaus<sup>11</sup>; Salmant.<sup>12</sup> cum Suarez, Laymann, et Busenbaum infra n. 368, ad 2] « quamquam eo casu dicatur potius exsecrari quam pollui. — Non autem, si solum tectum, vel si successive per partes modicas destruatur et reficiatur ». [Etsi ecclesia tota renovetur. Palaus<sup>13</sup>; Salmant.<sup>14</sup> cum Navarro, Barbosa, etc. Notant Salmant.<sup>15</sup> cum Gabriele quod polluta ecclesia, polluitur etiam coemeterium; sed non contra].

Polluitur per sepulturam excommunicati vitandi vel infidelis.

Per destructionem ecclesiae, saltem ex majori parte.

<sup>1</sup> De Just. et Jure, lib. 4, cap. 3, n. 86. — <sup>2</sup> Lib. 21, n. 398 et 399. — <sup>3</sup> *Navar.*, Man., cap. 16, n. 82, i. f. — <sup>4</sup> *Sanch.*, de Matrim., lib. 9, disp. 15, n. 11. — <sup>5</sup> *Azor.*, part. 1, lib. 10, cap. 26, qu. 13, v. *Quinto*. — <sup>6</sup> *De Euch.*, disp. 20, n. 53 et 54. — <sup>7</sup> *Disp. 81*, sect. 4. — <sup>8</sup> *Loc. cit.*, qu. 18, v. *Quares.* — <sup>9</sup> *Part. 6*, tr. 6, resol. 26. — *Praepos.*, qu. 83, art. 3, dub. 2, n. 152. — <sup>10</sup> *De Euch.*, disp. 20, n. 53. — <sup>11</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 5, num. 8. II. — <sup>12</sup> *Tract. 5*, cap. 4, num. 68. — <sup>13</sup> Lib. 21, n. 371. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 256. — <sup>14</sup> *Coninck*, qu. 83, n. 227, v. *Nota secundo*, cum n. 229. — <sup>15</sup> *Marchin.*,

tr. 3, part. 3, cap. 10, n. 7. — <sup>16</sup> *Loc. cit.* — <sup>17</sup> *Loc. cit.*, n. 53. — <sup>18</sup> *Loc. cit.* — <sup>19</sup> *Loc. cit.*, n. 377. — *Suar.*, disp. 81, sect. 4, v. *Secundo violatur*. — *Graff.*, *Decis. aur.*, part. 1, lib. 2, cap. 48, num. 28. — *Silvest.*, v. *Consecratio II*, qu. 5, § *Secundus*. — *Azor.*, part. 1, lib. 10, cap. 26, qu. 13, v. *Quinto*. — <sup>20</sup> *Loc. cit.*, num. 256. — *Tolet.*, lib. 5, cap. 8, num. 7. — *Avila*, part. 5, disp. 7, dub. 1, concl. 2. — *Regin.*, lib. 29, n. 181. — *Sayr.*, de *Censur.*, lib. 5, cap. 16, n. 5 et 8. — <sup>21</sup> Lib. 21, n. 375. — <sup>22</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 68. — <sup>23</sup> *Disp. 20*, num. 53.

<sup>b)</sup> *Reginaldus*, lib. 29, n. 180, loquitur de casu plane simili, de illo scilicet qui venenum in calicem immisit, ex quo postea sacerdos domi moritur.

<sup>c)</sup> *Diana*, part. 6, tr. 6, resol. 47, probabilem quidem existimat sententiam quae negat eo casu pollui ecclesiam; sed his non obstantibus (concludit), quia video affirmativam sententiam.... esse inter doctores communem,

quiri notitiam juris vel facti. — Addo praeterea Elbel non satis sibi constare; nam licet, loc. cit., requirat notorietatem facti et juris; tamen *Sacram.*, part. 1, confer. 19, de *Tempore et loco sacrif.*, n. 237, dicit ecclesiam pollui « per mortaliter peccaminosam et notoriem (sive notorietate juris, sive facti) humani sanguinis effusionem in ipsa ecclesia factam ».

<sup>a)</sup> *aur.*, part. 1, lib. 2, cap. 48, n. 25, scribit: « Etiam si multum sanguinis exiret de naso (quod facile fit in rixa puerorum), non violaretur ecclesia ».

<sup>b)</sup> *Bonacina*, de *Matr.*, qu. 4, punct. ult., n. 20, haec dumtaxat habet: « Imo Graffius..., Coninck... et alii putant non sufficere emissionem sanguinis e naso, ut accidit in rixa puerorum, saltem quando non sufficit ad peccatum mortale ». Quod ipse nec probat nec reprobat.

<sup>c)</sup> Coninck non sine formidine id asserit, scribens, qu. 83, n. 228: « Sed si deliberate inter maiores fiat, non ausim hoc certo asseverare », scilicet non pollui ecclesiam.

<sup>d)</sup> *Joannes Praepositus*, in qu. 83, art. 3, dub. 2, n. 158, scribit: « Intelliguntur vero [hi canones] de infidieli nato ex utero, non vero de eo qui adhuc latet in utero materno ».

« Neque etiam per desolationem, exercitium haereticum, spurcias hominum vel animalium istic stabulatorum, etc.; « etsi deceat et praxis habeat, ut per episcopum, vel saltem per sacerdotem cum aliqua caeremonia reconcilientur et abunduantur: quod in simili casu intellige de altari. Laymann<sup>1</sup>.

368. - « Quaeres: Quid sit et quando fiat exsecratio seu resecratio?

« Resp. Exsecratio dicitur, cum res sacra perdit suam consecrationem, ita ut de novo consecrari debeat: quod fit quando ita destruitur, ut formam et usum suum perdat.

« Unde resolves:

« I<sup>o</sup>. Polluta ecclesia, polluta etiam sunt altaria ejus fixa. — Non tamen exsecrata ecclesia, exsecrantur altaria; nec contra.

« II<sup>o</sup>. ECCLESIA exsecratur, si parietes secundum majorem partem destruantur, vel omnis eorum crusta, aut major saltus pars simul auferatur. — Secus autem, si una post alteram. Vide card. Lugo<sup>2</sup>.

Et hoc etiamsi per intervalla hebdomadarum vel dierum ecclesia tota nova fiat; ut Suarez<sup>3</sup>, Laymann<sup>4</sup>; et Palaus<sup>5</sup> cum Silvestro, Sà<sup>6</sup> et Barbosa. Quia quaecumque pars accedens manet consecrata; cum magis dignum trahat ad se minus dignum. — Idque procedit etiamsi

<sup>1</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 5, n. 14. — <sup>2</sup> De Euch., disp. 20, num. 64 et seqq. — <sup>3</sup> Disp. 81, sect. 4, cas. 6. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 16. — <sup>5</sup> Tr. 22, punct. 8, n. 15. — <sup>6</sup> Silvest., v. Consecratio II, qu. 4, v. Tertius est. — Barb., de Offic. et Potest. episc., alleg. 27, n. 19. — <sup>7</sup> Loc. cit., num. 15. — <sup>8</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 5, n. 15. — <sup>9</sup> Loc. cit., cap. 6, n. 3. — <sup>10</sup> Tr. 22, punct. 9, n. 9. — Vasq., disp. 233, cap. 2, n. 13. —

368. - a) Sà, v. Ecclesia, n. 18, dicit ecclesiam exsecrari, « si major pars parietum simul corrut. »

b) Navarrus, Man., cap. 27, n. 257, v. Sextus; Suarez, loc. cit.; Barbosa, loc. cit., ita sentire videntur eo quod absolute negant nova consecratione indigere ecclesiam, si paulatim et successive fiat reparatio; nec mentionem faciunt de illa intentione.

c) De hac re S. R. C. declaravit nova consecratione non indigere ecclesiam in qua nova incrustatio interna ex materia marmorea superinducta est, et prior incrustatio in qua depictae erant crucis per totum internum ecclesiae spatium decussa fuit, et id quidem insimul non successive; sed iterum de-

adsit animus totam ecclesiam destruendi; ut ait Palaus<sup>6</sup> cum Navarro<sup>7</sup>, Suarez<sup>8</sup>, Barbosa<sup>9</sup>, etc. Quia intentio illa non officit quin consecratio perduret<sup>10</sup>.

« Non autem si tectum corruat; quia consecratio est in parietibus. — Vide Laymann<sup>11</sup>.

369. « III<sup>o</sup>. ALTARE exsecratur:

1<sup>o</sup>. « Si, cum fixum est, lapis consecratus removeatur ab inferiore structura<sup>12</sup> ».

Ita ex cap. Ad haec et cap. Ligneis, de consecr. eccl. Intellige hoc de mensa totaliter consecrata, ita ut in qualibet ejus parte possit sacrificari. — Non exsecratur tamen altare, si aliqui tantum lapides structurae dimoveantur; ut docent Suarez<sup>13</sup>, Laymann<sup>14</sup>, Palaus<sup>15</sup>. Immo Vasquez et Suarez, apud eumdem, dicunt non exsecrari altare, si tota mensa cum lapidibus quibus inhaeret, alio transferatur; quia textus non loquuntur de separatione a loco, sed de separatione a structura. Haec de altari *fixo*. Sed altare *portatile* minime exsecratur, si ara moveatur a lignis, sive a capsula, ubi ara est inclusa. Capsula enim illa non pro forma, sed ad custodiā et ornatum tantum instituta est; ut recte dicunt Suarez<sup>16</sup>, Laymann<sup>17</sup>; et Palaus<sup>18</sup> cum Sà, Silvestro, Vasquez, Abbatē et Coninck, contra Paludanum et Angelum<sup>19</sup>. Textus autem prohibentes

Suar., disp. 81, sect. 5, v. Tertio. — <sup>10</sup> Disp. 81, sect. 5, v. Tertio. — <sup>11</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 6, num. 3. — <sup>12</sup> Tr. 22, punct. 9, num. 10. — Sà, v. Altare. — Silvest., v. Altare, n. 6. — Vasq., disp. 233, cap. 2, n. 15. — Abb. Panorm., in cap. 1 de consecrat. eccl. vel altar., n. 3, v. Unde scias. — Coninck, qu. 88, num. 239. — Palud., in 4, dist. 13, qu. 2, art. 4, concl. 2, n. 16.

pingendas et apponendas esse crucis in parietibus, in testimonium peractae consecrationis. Decr. auth., n. 3545; cfr. etiam n. 3651, ad 1 et 2.

369. - a) Et habetur in decr. auth. S. R. C., n. 2599, 3198, 3504, ad 1. Non tamen requiritur ut altare loco dimoveatur. Etenim S. R. C. declaravit altare fixum, cuius tota mensa e suis stipitibus est sublevata, quamvis non omnino dimota fuerit, exsecratum esse, nec satis esse ut novo caementio ipsis stipitibus firmetur et conjungatur; sed omnino nova consecratione indigere: Ibid., n. 3605, ad 7.

b) Suarez, disp. 81, sect. 5, v. Tertio, hunc casum tacitus omittit.

c) Angelus, v. Altare, n. 2, ait exsecrari

Altare fixum exsecratur remotione.

Secus vero portatile.

Ara nequit fieri ex pluribus lapidibus.

separationem loquuntur tantum de altari fixo.

Nota hic autem decretum S. C. Rituum, editum die 3 Decemb. 1661 (apud Merati<sup>1</sup>), ubi sic dictum fuit: *Habens indultum a Sede Apostolica erigendi oratorium privatum in propria domo, si quis voluerit ibi aedificare altare ligneum, non indiget facultate apostolica; dummodo altare ligneum cum sacro lapide parieti colligatum amovibile non sit, et altaris portatilis imaginem non prae se ferat.* — Vide n. 424, ad 13.

« 2<sup>o</sup>. Si ita frangatur (sive fixum sive portatile sit), ut in nulla ejus integra parte calix cum patena possit consistere.

Secus, si in aliqua parte calix et patena cum hostia consistere possit<sup>2</sup>; ut Salmant.<sup>3</sup> cum Lugo, Palao, etc.; item [Contin.] Tournely<sup>4</sup>, ex cap. 3, de consecr. eccl., ubi praecipitur altaris tabula de novo consecrari, si... enormiter fracta fuerit, saltem ex majore ipsorum parte, ut ait Tamburinius<sup>5</sup>.

An autem ara possit fieri ex duabus lapidibus conjunctis? — Affirmat Huradus et Pasqualigo, apud Croix<sup>6</sup>. — Sed

<sup>1</sup> Series decretor., n. 398. Habetur inter decreta auth. S. R. C., n. 1219. — <sup>2</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 79. — Lugo, disp. 20, num. 67. — Palaus, tr. 22, punct. 9, n. 7. — <sup>3</sup> De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 7, resp. 8. — <sup>4</sup> Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 5, § 1, n. 12. — Thom. Hurtad., Resolut. mor., tr. 2, cap. 6, resol. 23, num. 257 et 258. — Pasqual., de Sacrif. nov. legis, qu. 694. — <sup>5</sup> Lib. 6, part. 2, num. 314. — <sup>6</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 80. — <sup>7</sup> De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 2. — <sup>8</sup> Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 5, § 1, num. 6. — Lugo, disp. 20, num. 75. — <sup>9</sup> V. Altare, n. 1. — <sup>10</sup> Part. 1, lib. 10, cap. 27, qu. 8. —

altare portatile, si amovetur a ligno, « quando lapis est ita parvus quod non potest continere calicem cum hostia, eo modo quo debet super ipsum poni ad celebrandum ».

d) Salmant., Lugo et Collet haec habent de altari portatili; sed Lugo dicit id intelligentem ita esse, non « ut totus pes calicis et tota patena debeant esse super partem lapidis, sed tanta pars utriusque, ut sufficiat ad sustentanda illa ne cadant ». — Idemque dicit Tamburinius, ut refert S. Alphonsus, nempe altare portatile exsecrari, « quando ita frangitur, ut illi non valeant superponi calix et patena, saltem ex majori parte ipsorum ».

e) Et ita declaratum est a S. R. C., die 17 Junii 1843 in una Fanen. De quadam altari fixo cuius « mensa non ex integrō lapide, sed ex parvis sex lapidibus ad formam unius

communissime et rectius negant Salmant.<sup>6</sup>, [Contin.] Tournely<sup>7</sup>, et Tamburinius<sup>8</sup> cum aliis<sup>9</sup>.

« 3<sup>o</sup>. Si spoliatur sepulcrum. — Quod tamen quidam negant, ut Lugo, Tamburinius<sup>10</sup> ».

Dubitatur hic 1<sup>o</sup>. An reliquiae Sanctorum sint necessariae ad consecrationem altaris?

Prima sententia affirmat: quam tenent Silvester<sup>11</sup>, Azor<sup>12</sup>, Habert<sup>13</sup>, [Contin.] Tournely<sup>14</sup>; Armilla, etc., apud Escobar<sup>15</sup>. — Probatur 1<sup>o</sup>. ex can. Placuit, de consecr., dist. 1, ubi praecipitur everti altaria quae carent reliquiis: et idem habetur in concilio Carthaginensi V, can. 14. Probatur 2<sup>o</sup>. can. 7, [sess. 8] concilii Nicaeni II, ubi dicitur nullum templum consecrari sine Sanctorum reliquiis. Probatur 3<sup>o</sup>. ex consuetudine Ecclesiae, quae satis indicatur per orationem illam quae dicitur in Missa: Oramus te, Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiae hic sunt, etc.

Secunda vero communior sententia negat reliquias esse necessarias. Et hanc tenent Suarez<sup>16</sup>, Laymann<sup>17</sup>, Lugo<sup>18</sup>, Palaus<sup>19</sup> cum Panormitano<sup>20</sup>, Vasquez et Coninck, Viva<sup>21</sup>, Elbel<sup>22</sup>; ac Escobar<sup>23</sup>

Alii requiriunt reliquias ad consecrationem altaris.

Alii negant reliquias.

cum Angelo<sup>h)</sup>, Astensi<sup>h)</sup>, etc.; et probabilem putant Croix<sup>i)</sup> et Merati<sup>j)</sup>. Ratio, quia (ut dicunt) nullibi habetur de reliquiis apponendis expressum praeceptum. — Illud enim quod exstat in citato can. *Placuit*, et can. 14 Carthaginensis ajunt non esse alicujus concilii generalis. Illud autem quod habetur in concilio Nicaeno, dicunt intelligi de reliquiis requisitis in ecclesia, non autem in omni altari; saltem tale praeceptum (ut censem), si unquam adfuit, per contrariam consuetudinem est abrogatum. Ad orationem autem illam Missae: *Quorum reliquiae, etc.* respondent intelligi sub conditione si adsint.

His tamen non obstantibus puto non recedendum a prima sententia. Tum propter universalem contrariam consuetudinem: quam non immerito Tournely censet firmatam ex eo quod (ut advertit cum Silvio) in antiquo Missali praecipiebatur omitti predicta oratio in Missa, si desint reliquiae; at posteriora Missalia hanc exceptionem abstulerunt. Tum propter decreta S. C. Rituum mox infra adducenda, ubi declaratur exsecratum altare a quo removentur reliquiae vel frangitur sigillum. Unde satis probatur reliquias esse necessarias ad altaris consecrationem. — Et clarius hoc declaratum fuit alio de-

*Contin.* *Tourn.*, de Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 5. — *Silvius*, qu. 83, art. 3, qu. 5. — <sup>1</sup> Confer. 20, de Altari, etc., n. 259. — *Anacl. Reiffenst.*, Jus can., lib. 8, tit. 40, n. 39 et 40. — <sup>2</sup> Lib. 21, n. 426. — *Franc. Lugo*, de Sacram., lib. 5, cap. 7, n. 25. — *Coninck*, qu. 83, n. 240. — <sup>3</sup> Lib. 6, part. 2, n. 306. — <sup>4</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 9. — <sup>5</sup> De Euch., n. 371, resp. 8. — <sup>6</sup> Part. 2, cap. 6, n. 376. — <sup>7</sup> De

<sup>h)</sup> Angelus, v. Altare, n. 3; Astensis, Sum., lib. 6, tit. 29, art. 1, i. f., ita docent de altari portatili.

<sup>i)</sup> Croix, lib. 6, part. 2, n. 306, hanc sententiam probabilem existimat, eam videlicet quae negat amitti consecrationem si sepulcrum removeatur aut frangatur.

<sup>j)</sup> Merati, part. 2, tit. 4, Nov. *Observ.*, n. 3, supponit potius quam expresse dicat: querit enim utrum sit omissa particula orationis *Oramus te, Domine*, « si ex dispensatione apostolica vel ex incuria, nullae in altari conserventur reliquiae Sanctorum ».

<sup>k)</sup> Quamvis Croix, lib. 6, part. 2, n. 2055, decr. 143, ita referat decretum istud; attamen in decretis authent., n. 303, nulla prorsus fit mentio de reliquiis, sicut nec in tit. 20 rubricarum generalium Missalis, ad quem remittit decretum istud.

creto 19 Januar. 1614 apud Croix<sup>k)</sup>, ubi dictum fuit permitti altare portatile lignum, *dummodo habeat reliquiarum repositoriū*.

Dubitatur 2º. *An altare amittat consecrationem, si frangatur sigillum, vel removeatur sepulcrum cum reliquiis?* — Nomine *sepulcri* intelligitur loculus ille in quo reliquiae reconduntur: nomine vero *sigilli* intelligitur parvulus ille lapis quo sepulcrum clauditur.

*Prima* sententia negat. Et hanc tenent Suarez<sup>l)</sup>; Elbel<sup>1</sup> cum Anacleto; et Escobar<sup>2</sup> cum Francisco Lugo et Aversa<sup>m)</sup>; item Sotus<sup>l)</sup>, Vasquez<sup>l)</sup>, Coninck, Tamburinius<sup>n)</sup>, apud Croix<sup>o)</sup>: qui probabilem putat cum Laymann<sup>4</sup>. Utuntur eadem ratione qua supra, nempe quia non constat de praecepto quod reliquiae sint necessariae ad consecrationem altaris.

*Secunda* tamen sententia communior affirmat. Et hanc tenent Holzmann<sup>5</sup>, Sporer<sup>6</sup>; [Contin.] Tournely<sup>7</sup> cum Pontas, Habert; Laymann<sup>8</sup> cum Silvestro, Angelo, Durando, Henriquez<sup>o)</sup>, etc. communiter (ut asserit); item Bonacina, Sà, etc., apud Palaum<sup>9</sup>. Ratio, quia (ut ait Laymann) talis est consuetudo ecclesiarum, ut altaria, fracto sigillo vel amoto sepulcro, iterum consecrentur. — Et hanc sententiam

Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 7, resp. 3, v. *An exsecratum*. — Pontas, v. *Altare*, cas. 7. — Habert, de Euch., part. 2, cap. 13, qu. 3. — <sup>8</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 9. — *Silvest.*, v. *Altare*, n. 6, qu. 8, v. *Quario*. — *Angel.*, v. *Altare*, n. 2. — *Durand.*, Rational., lib. 1, cap. 6, num. 34. — *Bonac.*, de Euch., qu. ult., punct. 9, num. 15. — *Sà*, v. *Altare*, n. 1. — <sup>9</sup> Tr. 22, punct. 9, n. 6. — *Laym.*, loc. cit., v. *Nihilominus*.

<sup>l)</sup> Suarez, disp. 81, sect. 5, v. *Tertio*; Sotus, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 3, v. *Sexto*; Vasquez, disp. 233, cap. 2, n. 16 et 17, ita sane videtur tenere, in quantum negant reliquias ad consecrationem altaris requiri.

<sup>m)</sup> Aversa, quamvis citetur hic ab Escobar, videtur potius contrariae sententiae adhaerere; scribit enim, qu. 11, sect. 13, v. *Deperdere*, altare portatile consecrationem amittere, « quando taliter frangitur, quod non remaneat pars, praesertim illa in qua est sigillum seu sepulcrum quod dicitur reliquiarum, apta ad sacrificium, id est capax calicis et patenae ».

<sup>n)</sup> Tamburinius hic utique citatur a Croix; sed vide notam *a* supra.

<sup>o)</sup> Henriquez, lib. 9, cap. 28, n. 1, altare portatile in capsula lignea inclusum negat exsecrari, « nisi esset in caelatura sigillum et reconditorum reliquiarum ».

Quid sit  
sepulcrum  
et sigillum.

Fracto si-  
gillo vel re-  
moto sepul-  
cro, altare  
non exse-  
cratur ju-  
xta alios.

Sententia  
affirmans  
tenenda.

tenendam censeo ex decretis S. C. Rituum<sup>p)</sup>. Nam die 5 Martii 1603 sic declaravit: *Altare portatile tunc consecrationem amittit, quando frangitur vel loco movetur repositorum reliquiarum* (apud Pittonium<sup>1</sup>). Item, die 5 Martii 1633 decrevit: *Celebrari non potest super altare, a quo furtim, non amota nec fracta mensa, subtractae fuerunt reliquiae a militibus, nisi altare de novo consecretur* (apud eundem Pittonium<sup>2</sup>). Item, die 21 Junii 1710 sic respondit: *Si... (altare) fuit consecratum ad modum altaris portatilis, non exsecratur in quavis remotione; sed tantum quando frangitur sepulcrum reliquiarum* (apud Pittonium<sup>3</sup>).

Attamen dicunt Tournely et Sporer quod, urgente necessitate, non erit illicitum in tali altari celebrare.

Hic obiter notandum aliud decretum S. Congregationis, editum die 10 Nov. 1599 (apud Pittonium<sup>4</sup>), ubi dictum fuit: *Si sub altari, vel sub ejus gradibus, humata sint defunctorum cadavera, non est ibi celebrandā Missa donec alio transferantur*<sup>q)</sup>. Idemque confirmatum fuit die 15 Junii 1635 (apud Pittonium<sup>5</sup>). — Notat tamen Croix<sup>6</sup> quod si cadavera sint humata pro-

<sup>1</sup> De Ritib., n. 178 (in 2<sup>a</sup> edit., n. 184). — <sup>2</sup> De Ritib., num. 649. — <sup>3</sup> De Ritib., num. 1687, (edit. Venet. 1740). — *Contin.* *Tourn.*, de Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 7, resp. 3. — *Spor.*, part. 2, cap. 6, num. 376. — <sup>4</sup> De Ritib., n. 95, (in 2<sup>a</sup> edit., n. 100). — <sup>5</sup> De Ritib., n. 672. — <sup>6</sup> Lib. 6, part. 2, num. 2067. — <sup>7</sup> De Sacrif. Miss., cap. 6, resol. 3. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 7. — <sup>10</sup> Disp. 20, n. 94 et 95.

funde in cella aliqua, sub alio fornice constructa, non videtur prohiberi super illam dici Missam: tunc enim cadavera videntur satis separata ab altari; neque tunc super ea cadent verba: *quorum reliquiae hic sunt*.

<sup>370.</sup> — *IVº CALIX* exsecratur si nota- « biliter frangatur; vel ita ut fiat inutilis « ad usum sacrificii, v. gr. si foramen sit in « fundo, licet minutissimum »; [Non vero si foramen sit in loco superiori, ita ut calix bene possit sacras species retinere. Roncaglia<sup>7</sup> cum Diana] « vel si figura « destruatur. — Non tamen si in torna- « tili pes separatetur a cuppa; quia in tor- « natili consecratur sola cuppa. Bonacina<sup>8</sup> « ex Suarez, etc. ». — [Vide infra hic, *Dub. 4*].

« Neque exsecratur si pereat inauratio.

« Unde licet communiter calix et patena, « post novam inaurationem, quoad eam « partem qua Christi Corpus vel Sanguis « nem contingunt, denuo consecrentur; « id tamen necessarium non esse docent « Durandus, Coninck et alii (contra Su- « rez, Bonacina et alios): etsi deceat ut « abluantur aqua benedicta. Ita Diana<sup>9</sup> et « Laymann hic; item card. Lugo<sup>10</sup> ».

Diana, part. 11, tr. 8, resol. 31. — <sup>2</sup> De Euch., qu. ult., punct. 9, num. 20. — *Suar.*, disp. 81, sect. 7, v. *Rursus inquiri*. — *Durand.*, Rational., lib. 1, cap. 6, n. 85 et 36. — *Coninck*, qu. 83, num. 246. — *Suar.*, loc. cit., v. *Atia autem*. — *Bonac.*, loc. cit., num. 19. — <sup>9</sup> Part. 2, tr. 15, resol. 3. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 7. — <sup>10</sup> Disp. 20, n. 94 et 95.

<sup>p)</sup> S. R. C. plura de hac re edidit decreta. Et primo quidem quoad altare fixum, declaravit S. Congregatio illud indigere nova consecratione si laps pro sigillo sepulcri inserviens, ob defectum calcis sepulcro non haerens, manu amotus et sublevatus ac postea repositus est. *Decr. auth.*, n. 3106; et n. 3162, ad 5. Exsecrari pariter altare fixum, cuius mensa lapidea scissa est in duas partes fere aequales, ita tamen ut hujusmodi scissura maxime officiat sepulcrum reliquiarum, etsi ambae partes non sint sejunctae a gradibus superioribus altaris ipsius aut a stipitibus suppositis (*Ibid.*, n. 3497, ad 1).

— Quoad altare portatile, affirmat eadem S. C. illud exsecrari, « si fractum sit sepulcrum vel ejus operculum, aut etiam solummodo si hoc amotum fuerit ». *Decr. auth.*, n. 2391 ad 1; non vero si fractum fuerit sigillum episcopi cerae scilicet impressum, quod ceteroquin apponi non debet. *Ibid.*, et n. 3726, ad 3. — Pariter altare portatile non exsecrari si sepulcrum non fuit

Quali fra-  
zione calix  
exsecratur.

Si pereat:  
inauratio:

Alii dicunt  
exsecreari.

Probabi-  
lius non ex-  
secreatur.

Denuo  
indiget no-  
va conse-  
cratione ju-  
xta alios.

Juxta a-  
lios, non in-  
diget.

Dubitatur 1º. *An exsecretur calix si pereat inauratio?*

Affirmant Azor<sup>a)</sup>, Paludanus<sup>b)</sup>, etc., apud Escobar<sup>1</sup>. Quia tollitur subjectum immediatum consecrationis; cum tota unctio in superficie calicis fiat. — Negant vero probabilius cum sententia communi Lugo<sup>2</sup>, Sporer<sup>3</sup>; [Contin.] Tournely<sup>4</sup> cum Suarez, Laymann, Silvestro, Angelo et aliis passim (ut asserit); et Escobar<sup>5</sup> cum Coninck, Bonacina, Filiuccio, Armilla, etc. communiter, ut ait. Ratio, quia, licet unctio non fiat nisi in superficie, tamen tota molles calicis consecratur. Et patet quia, si calix non sit tornatilis, et ejus pes frangatur, etiamsi cuppa integra maneat, calix erit exsecreatus, ut omnes communiter dicunt; ergo non in sola superficie consistit consecratio, sed in toto calice.

Dubitatur 2º. *An calix qui de novo inauratur, nova indigeat consecratione?*

Affirmant Suarez<sup>6</sup>, Azor<sup>7</sup>, Bonacina<sup>8</sup>; item Vasquez, Silvester, Angelus, Tabiena, etc., apud Salmant.<sup>9</sup> — Quia calix consecratur propter contactum Sanguinis Christi; unde quando illius superficies non est consecrata, necessario requiritur ut calix de novo consecretur.

Negant vero probabilius Laymann<sup>10</sup>, Lugo<sup>11</sup>, Elbel<sup>12</sup>, Tamburinius<sup>13</sup>; Escobar<sup>14</sup> cum Durando et Diana; item Coninck, Sà et Gabriel, apud Salmant.<sup>15</sup> Et probabile putat Palaus<sup>16</sup>, atque valde adhaeret [Contin.] Tournely<sup>17</sup>. — Ratio, quia, cum sit communis doctrina (ut mox supra vidimus), quod calix amittendo inaurationem non amittit consecrationem; ita

pariter consecrationem non amittit si de novo inauretur. Prout, si ecclesia consecrata de novo dealbetur, nova non indiget consecratione, ut communiter DD. sentiunt; aut si corporali lacero aliqua exigua pars assuatur, haec etiam manet benedicta; ut clare infertur ex cap. unic., de consecr. eccles. in 6º, ubi dicitur magis dignum trahere ad se minus dignum.

Objiciunt: Licet calix remaneat consecratus, non est tamen consecrata superficies illa aurea quae sola immediate tangit Sanguinem Christi: pari modo ac si intra cuppam calicis alia subtilior cuppa poneretur, ista non fieret sacra. Ita Suarez et Vasquez. — Sed facile respondetur cum Lugo: Superficies illa per conjunctionem ad calicem consecratum, bene fit etiam sacra: sicut dealbatio ecclesiae et pars corporalis fiunt sacrae per adjunctionem, ut diximus. Item, si oleum non consecratum in minori parte consecrato immisceatur, ex ipsa mixtione consecratur; ut patet ex cap. Quod in dubiis 3, de consecr. eccl., ubi dicitur: Non negamus quin oleum non consecratum, consecrato possit oleo commisceri. Alia autem est ratio cuppae in aliam immissae, quae utique est vas distinctum: alia, superficie aureae, quae fit pars ejusdem calicis, et facit unum cum illo.

Omnibus tamen his praedictis non obstantibus, cum melius rem perpendem<sup>c)</sup>, judicavi quod, nova peracta inauratione calicis, denuo ipse est consecrandus. Ratio, quia tunc superficies calicis, quae imme-

S. Doctor  
tenet senti-  
tentiam af-  
firmantem.

<sup>a)</sup> Lib. 21, n. 468. — <sup>b)</sup> Disp. 20, n. 94. — <sup>c)</sup> Part. 2, cap. 6, n. 395. — <sup>d)</sup> De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 6, resp. ad 5. — <sup>e)</sup> Suar., disp. 81, sect. 7, v. *Alia autem*. — <sup>f)</sup> Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 6. — <sup>g)</sup> Silvest., v. *Calix*, qu. 2. — <sup>h)</sup> Angel., v. *Calix*, num. 2. — <sup>i)</sup> Lib. 21, num. 469 et 470. — <sup>j)</sup> Coninck, qu. 83, num. 245. — <sup>k)</sup> Bonac., de Euch., qu. ult., punct. 9, num. 19. — <sup>l)</sup> Fill., tr. 5, cap. 4, n. 132. — <sup>m)</sup> Armill., v. *Calix*, num. 3. — <sup>n)</sup> Disp. 81, sect. 7, v. *Alia autem*. — <sup>o)</sup> Part. 1, lib. 10, cap. 28, qu. 4. — <sup>p)</sup> De Euch., qu. ult., punct. 9, num. 19. — <sup>q)</sup> Vasq., disp. 233, cap. 4, num. 33. — <sup>r)</sup> Silvest., v. *Calix*, qu. 2. — <sup>s)</sup> Angel., v. *Calix*, num. 2. — <sup>t)</sup> Tabiena,

« Si sit conflatus [calix] et in massam redactus totaliter, et iterum fiat, iterum benedici necesse est ».

<sup>c)</sup> Haec additio est ex editione octava anni 1779; et concordat cum *Elencho II qu. reform.*, n. 26, dictae editioni adnexo.

diatum contactum habet Sanguinis Christi, sine consecratione remanet; tanto magis quod (ut testantur Barbosa<sup>d)</sup> et alii plurimi) talis est praxis Ecclesiae. et recepta consuetudo calices denuo consecrandi, cum denuo inaurantur<sup>e)</sup>. — Casu autem quo per longum usum inauratio desperdatur, puto probabilius dicendum cum Silvio et Ferraris non requiri novam consecrationem ad celebrandum cum hujusmodi calice; quia tunc viget ratio, quod calix semel consecratus, totus deinde per modum unius consecratus remanet. — Cum vero nova fit inauratio intervenit aurum de novo additum, quod non est consecratum, immediate Sanguinem tangens.

Dubitatur 3º. *An liceat celebrare in calice nunquam deaurato?*

Affirmat Tamburinius<sup>1</sup>; quia (ut ait) ita usus obtinuit. Sed haec ratio saltem hodie non videtur subsistere; cum undique hodie usus sit in contrarium. — Id autem probabile censem Croix<sup>f)</sup> cum aliis passim (ut asserit), forte alia ratione ductus, nimirum quia, etsi in rubrica<sup>g)</sup> dicatur: Calix debet esse vel aureus vel argenteus, aut saltem habere cuppam argenteam in tuis inauratam, et simul cum patena itidem inaurata; attamen in alia rubrica<sup>h)</sup> sic habetur: Calicis cuppa debet esse aurea vel argentea, vel stannea; non aerea vel vitrea, nulla mentione facta de inauratione: ex quo infertur, illius deficienciam non esse inter defectus computandam. Et in prima rubrica dici posset, requiri inaurationem tantum de congruitate et ad majorem decentiam; cum ibi simul

<sup>d)</sup> Silvius, qu. 83, art. 3, qu. 6, v. *Quæritur 2. — Fer- raris*, v. *Calix*, n. 16. — <sup>e)</sup> Method, celebr. Miss., lib. 1, cap. 1, § 1, num. 3. — <sup>f)</sup> Ritus servandus, tit. 1, de Praeparatione, n. 1. — <sup>g)</sup> De Defectib., tit. 10, n. 1. — <sup>h)</sup> De Euch., n. 373.

<sup>i)</sup> Allegatio Barbosae videtur desumpta a Ferraris, v. *Calix*, n. 14, sed falsa est; nam Barbosa, loc. cit., id est de Offic. et Potest. episcop., alleg. 27, n. 38, id non habet.

<sup>j)</sup> Et ita declaravit S. R. C., calicem scilicet et patenam per novam inaurationem exsecreari et indigere nova consecratione. Decret. auth., n. 2889, et 3082 ad 1.

<sup>k)</sup> Croix videtur probabilem existimare hanc sententiam, lib. 6, part. 2, n. 346, eo quod, si calix sit stanneus, non reprobatur opinionem eorum qui negant necessario esse inaurandum.

<sup>l)</sup> Contin. de Sacrif. Miss., cap. 9,

expresse requiratur calix aureus, vel saltem argenteus, et nihilominus, in secunda rubrica etiam stanneus admittitur.

Alli vero, ut Tournely<sup>g)</sup> et Lugo<sup>z)</sup>, dicunt non eximi a culpa veniali consecrantem in calice non inaurato, nisi paupertas excusat. Et hoc videtur probabilius; cum in prima rubrica dicatur quod calix *debet.... saltem habere cuppam argenteam.... inauratam, etc.* Idque confirmatum est ex communi consuetudine. — Nec obstat secunda rubrica, ubi permittitur calix stanneus; haec enim intelligi debet juxta textum in can. *Ut calix 45, de consecr., dist. 1*, ubi permittitur consecrare in calice stanneo, tantum ratione paupertatis: nec putandum est rubricam in hoc voluisse textui derogare. Unde, ne dicatur rubricam sibi contradixisse, dicendum est quod prima rubrica intelligenda est juxta secundam, nempe requiri calicem argenteum, nisi excusat paupertas; et sub eadem limitatione intelligi debet, cum requirit inaurationem.

Hic autem obiter notandum quod rubrica permittit calicem stanneum, sed non aereum. — Verum dicit Holzmann<sup>4</sup> in hac rubrica non prohiberi calicem ex aere vel aurichalco inauratum; nam in citato textu *Ut calix*, in tantum talis calix vetatur, in quantum hic ob vini virtutem aeruginem parit, quae vomitum provocat; sed calix aereus inauratus aeruginem non parit. Et ideo ait Holzmann hoc usitari in Germania pro ecclesiis pauperibus<sup>h)</sup>.

Dubitatur 4º. *An calix amittat consecrationem, si cuppa separetur a pede?* —

Probabi-  
lius, venia-  
le nisi pau-  
pertas ex-  
cuset.

Quid de  
calice ae-  
neo.

art. 2, sect. 8, qu. 6, resp. ad 1, dicit « sub gravi praeceptum est esse ut calix cum patena, si non ex auro, saltem ex argento fiat, nisi aliud ferat » gravissima locorum paupertas, quae etiam ab inauranda cuppa excusare potest».

<sup>g)</sup> Et ita declaravit auctores negantes rubricam obligare sub gravi, subdens: « Et ita videtur usus habere, quando fuit ex argento ».

<sup>h)</sup> Holzmann dicit « omnino tolerari..., et adhiberi » posse et solere « in ecclesiis pauperibus », modo sint inaurati. Et addit in Germania invenire esse plures calices cupreos, bene tamen inauratos.

Si cuppa  
sit pedifixa,  
exsecurata  
separata a  
pede.

Si cuppa est *sixa pedi*, certum est apud omnes amittere consecrationem.

Si vero pes sit *tornatilis*, etiam affirmant S. Antoninus<sup>1</sup>; et Paludanus, Silvester<sup>2</sup>, etc., apud Escobar<sup>3</sup>; quia calix per separationem jam formam amittit. — Sed communiter negant Suarez<sup>4</sup>, Bonacina<sup>5</sup>, Lugo<sup>6</sup>, Roncaglia<sup>7</sup>; et Escobar<sup>8</sup> cum Filliuccio, Aversa, Henriquez et aliis. Ratio, quia per talen separationem calix revera formam non perdit; cum ejus partes sine novo artificio jungi possint.

**371.** — « V.<sup>o</sup> VESTES sacrae exsecurantur, quando ita destruuntur ut perdant suum usum; ut si cinguli parte te non amplius cingere possit, vel si manica ab alba separetur, etiamsi postea reparetur. — Non perdunt autem, etsi attritis pars aliqua assuatur; vel cinguli parti, aptae adhuc ad cingendum, altera annexatur: quia tunc accessorium sequitur principale. Card. Lugo, Tamburinius<sup>9</sup>.

Ita dicunt etiam [Contin.] Tournely<sup>10</sup>, Salmant.<sup>11</sup> cum communi, Tamburinius<sup>12</sup>; Elbel<sup>13</sup> cum Laymann, Gavanto, et alii passim.

Unde dicunt Suarez<sup>14</sup>, Bonacina<sup>15</sup>, Laymann<sup>16</sup>, [Contin.] Tournely<sup>17</sup>; et Palaus<sup>18</sup> cum Navarro<sup>19</sup> et Coninck, quod *corporale* tum amittit benedictionem, cum redditur ineptum diminutione vel fractione ad decenter continentum calicem cum patena: *alba*, cum ab ea manica absconditur: *cingulum*, cum ita rumpitur, ut neutra pars cingere possit: *stola*, cum non potest humeros operire; et idem dicendum, si aliqua ejus pars scinditur,

<sup>1</sup> Part. 8, tit. 13, cap. 6, § 7, v. *Item nota*. — *Palud.*, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 5, concl. 2, (n. 19). — <sup>2</sup> Lib. 21, num. 474. — <sup>3</sup> Disp. 81, sect. 7, v. *Rursus inquiri*. — <sup>4</sup> *De Euch.*, qu. ult., punct. 9, n. 20. — <sup>5</sup> Disp. 20, num. 98. — <sup>6</sup> *De Sacrif. Miss.*, cap. 6, qu. 4. — <sup>7</sup> Lib. 21, n. 475 et 476. — <sup>8</sup> *Disp. 81*, sect. 7, v. *Rursus inquiri*. — <sup>9</sup> *De Euch.*, qu. ult., punct. 9, n. 20. — <sup>10</sup> *Disp. 20*, num. 98. — <sup>11</sup> *Method. celebr. Miss.*, lib. 1, cap. 3, § 3, num. 1 et 2. — <sup>12</sup> *De Sacrif. Miss.*, cap. 9, art. 2, sect. 8, v. *Dico 5*. — <sup>13</sup> Tr. 5, cap. 4, num. 94. — <sup>14</sup> Loc. cit. — <sup>15</sup> Confer. 20, de Altari, etc., n. 282. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 5, i. f. — *Gavant.*, part. 2, tit. 1, n. 2, lit. r. —

quamvis statim sarciatur, quia jam suam formam amisit.

« Similiter, si stola vel casula duplicita, facili separatione fiant duae, quarum utraque apta sit ad sacrificium, non pertinet benedictionem. Tamburinius<sup>18</sup>. [Ita communissime doctores cum Suarez<sup>19</sup>, Salmant.<sup>20</sup> et Sà apud Palaum<sup>21</sup>].

« VI<sup>o</sup>. Partes avulsae a re consecrata, delecta ejus forma, desinunt esse sacramenta; v. gr. ligna et lapides ecclesiae dirutae vel altaris. Ob respectum tamquam ad rem sacram cujus sunt reliquiae, non possunt applicari ad usus profanos aut divendi sine licentia Papae. Statuae autem sacrae et imagines templi delecti debent in alio collocari, et in loco ecclesiae crux erigi. — Lacera etiam paramenta aut vetustate consumpta debent igne absumi, et non adhiberi ad usus profanos; ut habetur in can. *Altaris, de consecr. dist. 1*. Vide Suarez et Sà<sup>22</sup>, et Laymann<sup>23</sup>. Tamburinius<sup>24</sup> tamen ex Palao, item Diana<sup>25</sup>, docent probabile esse quod non sit saltem mortale<sup>b)</sup>, si mutata forma ad profanos usus applicentur, v. gr. calix confractus, alba dissoluta, frustula corporalis, etc. Vide supra lib. 3, tr. 1, cap. 2, dub. 2. [Vide dicta Lib. 3, n. 41. Quibus addit id quod habetur in can. *Ligna, de consecr. dist. 1*, ubi Hyginus Papa sic statuit: *Ligna ecclesiae dedicatae non debent ad aliud opus jungi, nisi ad aliam ecclesiam; vel igni sunt comburenda, vel ad proiectum in monasterio*. Advertunt tamen Salmant.<sup>26</sup> cum aliis communiter,

Partes avulsae desinunt esse sacramenta.

Quid de illis facientur.

hujusmodi ligna non debere consumi in religiosorum coquina. — Praeterea dicit Silvester<sup>1</sup>, lapides ecclesiae dirutae in religiosorum aedificiis collocandos esse; sed hoc nemo dicit eorum quos observavi, nec ullo textu video probatum].

Quaeres hic: *an liceat saecularibus sacerdotibus celebrare in ecclesiis regularium contra prohibitionem episcopi?*

Videtur obstare Tridentinum<sup>2</sup>, ubi: *Singuli (episcopi) in suis dioecesis interdicant, ne cui vago et ignoto sacerdoti Missas celebrare liceat. Sed responderi potest ibi dici in dioecesis suis; sed*

<sup>a</sup> V. *Benedictio*, qu. 7. — <sup>b</sup> Sess. 22, decr. de Observ.

ecclesiae regularium sunt exemptae a jurisdictione episcoporum: unde quasi loca extra dioecesim sita reputantur (ut probabiliter dictum est Lib. I, n. 157, v. *An vero*).

Verumtamen refert Lezana<sup>3</sup>, S. Congregationem Concilii, sub die 2 Junii 1620 declarasse, non licere regularibus in suis ecclesiis ad celebrandum admittere presbyteros saeculares contra prohibitionem episcopi<sup>b)</sup>.

An autem hujusmodi declarationes obligent ut leges? Vide dicta Lib. I, n. 106, Qu. 2.

in celebr. Miss. — <sup>a</sup> Sum. quaest. regul., cap. 12, n. 41, ad 12.

lum in eo existimant esse peccatum, aut levissimum, ut addit Palau.

<sup>b)</sup> Et apud Pallottini v. Missa, § 8, n. 27, 28 et 29, tres reperiuntur de hac re declarationes S. C. C. Prima est de die 29 Nov. 1670, qua significatur posse regulares permittere extraneo sacerdoti, habenti litteras dimissorias sui Ordinarii, Missam celebrare in eorum ecclesiis absque licentia episcopi dioecesani, nisi constet de ejusdem prohibitione. — Al-

tera, anni 1594, juxta quam « episcopus.... prohibere potest regularibus ne in eorum ecclesiis, sacerdotes exteros saeculares divina officia celebrare permittant, nisi prius ab ipso episcopo visis litteris commendatitiis admissi fuerint ». — Tertia denique, de die 26 Julii 1626, quae statuit: « Non potest tamen [episcopus] prohibere regularibus peregrinis, ne celebrent absque ejus licentia in ecclesiis suorum ordinum ».

<sup>18</sup> Disp. 81, sect. 6, v. *Secundo*. — <sup>19</sup> *De Euch.*, qu. ult., punct. 9, num. 27. — <sup>20</sup> Loc. cit. — <sup>21</sup> *De Sacrif. Miss.*, cap. 9 art. 2, sect. 8, qu. 11, resp. 4; et qu. 12, *Dico 5*. — <sup>22</sup> Tr. 22, punct. 10, n. 12. — *Coninck*, qu. 83, num. 251. — <sup>23</sup> *Method. celebr. Miss.*, lib. 1, cap. 3, § 3, num. 5. — <sup>24</sup> Disp. 82, sect. 2, i. f. — <sup>25</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 94. — *Sà v. Missa*, n. 11. — <sup>26</sup> Tr. 22, punct. 10, num. 8. — *Suar.*, disp. 81, sect. 8, v. *Ultimo pertinet*. — <sup>27</sup> *V. Sacra*, n. 4. — <sup>28</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 20. — <sup>29</sup> *Method. celebr. Miss.*, lib. 1, cap. 2, § 3, n. 2. — *Palaus*, tr. 8, disp. 1, punct. 6, n. 25. — <sup>30</sup> Part. 5, tr. 13, resol. 76. — <sup>31</sup> Tf. 21, de Praec. decal., cap. 10, n. 146.

<sup>a)</sup> Silvester, v. *Calix*, qu. 2, limitat, nisi scyphus esset taliter fabricatus, quod eo solo posset quis uti in celebrando, et praeterea esset separativam a pede velut calix consecratus.

<sup>b)</sup> Quin etiam Tamburinius et Palaus nul-